Quomodo autem nunc ex parte cognoscitur? non tantum uno modo cognoscitur, sed modis duobus. Cognoscitur enim ex operibus, & cognoscitur ex semetipso. Et magnificè quidem ex operibus, sed longè magnificentius cognoscitur ex semetipso. Quibus ex operibus cognoscitur? veiç ex omnibus quæ facta sunt, quia videlicet omnia per ipsum facta sunt. Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubim & Seraphim, cœlū, terra, mar, & quæcumq; in eis sunt, omnia per hoc verbum facta sunt. Ipse enim scilicet Deus pater, dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Si dixit, & facta sunt, vt iper verbum facta sunt. Ex omnibus his cognoscitur hoc verbum, sicut cuiuscunq; artificis ex opere suo cognoscitur ingenium. Inde Apostolus, Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellexit conspicitur. Inter ipsa quæ facta sunt, per quæ cognoscitur, quoniam per ipsum facta sunt, non parum admirationis facit ipse eiusdem verbi aduersarius, quia illi quoq; per eum factus est talis ac rarus, qualis vel quantum ex multis scripturarum locis intelligi potest. Et ex illis maximè verbis ad beatum Ioh, quibus describitur mirabiliter dilectio ipso. Qui sicut cætera, sic & illum fecit per verbum suū. Ecce Behemoth quem feci tecū, &c. usque ad illud, Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est, ut nullum tibi reter. Inter cætera, inquit, per quæ hoc verbum cognosci debet, & illa mirabilis creatura & sua per ipsum celebrata ciuidem verbi vicitoria, magnificè dant omnipotentes ful tortitudinis eius experimentum, quam videlicet vicitoriā pro posse narratur, primum ipsas demonstrare nitimus personas vicitoris atq; victi. Porro ex semetipso magnificentius, ut iam dictum est. Verbum ipsum cognoscitur, quando gratia præ excellenti dilectione cuiuslibet animam visitat fortiter, atq; suauiter afficit, proprie substantię cōtacit. Hoc talis cognitio siue experimentū valde paucoruū est. Deniq; præter Apostolos & prophetas atq; apostolicos viros, quoruū vita summis virtutibus claruit, nō facilè quis & existimare potest beatitudinem huius sortis consequentis esse, ut anima eius adhuc degès in carne, saltē ad momentum aliquoties vim sensumq; percipiat illius substantię fortissimam, & qui sentit, qui tactus est illa fortitudine spiritus hominis, facit de rebus iustis, sicut thesaurū silentio reverenter abcondit, quia ineffabile est quod sentit. Dicit quis illorū, factus est verbi domini ad me, sed nō dicit, qualiter affecta fuit in illa hora mens sue anima ipsa, quæ meruit adueniū verbi domini ad se. Sed & frustra laboraret homo homini edicare,

Solē à Deo doctos, dignè verba Dei eloqui posse.

C A P. IIII.

Felix ille, qui taliter meruit bonum gustare verbuū. felix qui taliter meruit addiscere, quāna veraciter dictum sit. Et Deus erat verbum. Scriptum est enim, Beatus homo, quem tu eris dexter domine, & de lege tua docueris eum. Illū eruditus dominus, & eruditus est, docuit eū, & doctus est. Doctus ad militiam, eruditus ad pugnam. Ille homo per similitudinem equus est, ut dicitur ad beatū Ioh, Equus nobilis, cuius dominus fortitudinē præbuit, cuius collo hinnitum circundedit, culus narium gloria terrorē, qui tanto fessore confusus exultat audacter, & contentus paurore, neque gladio cedit, imo in occursum pergit armatis, videlicet cuncta capitibus draconis, cunctisq; membris ciuii dema aduersarij verbi Dei. Fortis est enim Deus, qui tetigit illū, imo & ipsa fortitudo est verbuū Dei, nec solū fortitudo, verū & sa pientia est vnum idemque verbum. Inde & fortis & sapientis effectus est, quisquis talen eius meruit aduentum. Fortis est, ut etiam contemnet mortem. Sapientia ut reū & bene sonante loquatur sermonem. Ne mirum, quomodo enim necesse loqui, cui Deus verbum suum communicauit, qui ipsam verbi substantiam gustauit? Idecirco dignum est, ut verba eius verba Dei, & verba Dei verba eius conseruerunt dicit. Veruntamen hoc vnum singulare verbum folius Dei, & non etiam cuiuslibet, dicitur aut est verbum hominis. Diligenter animaduertendum est, nō nihil differre cū legimus vel audiimus in singulare numero, verbum domini, & plurali numero, verba domini. Verbum namq; hoc singulare diuina substantia est, substantia non facta, neq; creata. Et idcirco verbum dicitur, & est solus Dei. Verba aut, que in scripturis sanctis legimus vel audiimus à Deo per hoc verbum efficiuntur, & per hominem administrata sunt, & idcirco aliter verba Dei, aliter reū & dicuntur verba cuiuslibet hominis. Unde notandum, scriptū quidem sic esse, Verba Hieremix filii Helchic, & verba Amos, qui sunt in pastoralibus Thecuse. Nusquam autem scriptū esse, Verbuū Hieremix filii Amos, sive verbuū aliquius cæterorū, nisi ita duntaxat, Verbuū domini quod factum est ad illum vel illum, Verbuū quippe Deus est. & non est aliquius, nisi solus Dei verbuū.

Magnificantiam vicitoria verbi Dei omni laude maiorem esse.

C A P. V.

Nos, qui tali modo verbum hoc nosse needū merulmus, quo (vt iam dictū est) ex semetipso cognoscitur. Vixī saltem illo priore modo, videlicet quo cognoscitur, ex operibus nosse mereamur. Ad hanc intentionē, ad hoc studium, ut feruentior essem, tu me patrum

A i aman-

Iacob. 1.

psal. 150.

Opus pro-

bar artificie.

Roma. 1.

Iob 40.

Iob 41.

Verbum

internum.

Iob 5.

Iacob. 1.

psal. 93.

Iob 39.

Forres et sa-

pietes facit

verbum Dei.

Verbuū, ver-

ba domini.

Hiere. 1.

Ames 1.

amantisimae sedula commonitione magis ac magis excaasti, suggestendo, ut hoc opus inirem, de victoria verbi Dei. Hæc enim operum eius pars, est pars optima & præclarissima, cui vide-
lacet operi ad laudem S. gratiarum actionem referendam, nulla omnino lingua sufficiat. Cæte-
rū de operibus cæters, de creatura mundi, de mysterijs huius verbi legalibus, propheticis, &c., &
euangelicis, & de gratia spiritu sancti iamdudum egi quod potui, parum nimisq; exigui sensi-
tens, quicquid potui secundum quantitatem vel dignitatem rerum quas proposui, iuxta illud
sapientis, Glorificantes dominum quantumcumq; potueritis, superualebit adiace & admirabilis
magnificencia eius. Benedicentes dominum, exalteat illum quantum potestis, maior est enim
omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non enim peruenietis. Quis videt
eum & enarrauit, & quis magnificatur cum sicut est ab initio? Multa ab condita sunt maiora
his. Paucis enim vidimus operum eius. Cum sic ille dicat, & ita sit. Quid de meipso censeam, si
ue in illa parte operum eius quam predixi, in qua glorificare, benedicere, & exaltare illum in-
tendi, siue in ista parte quam nunc tu misisti proposuisti, id est, in victoria qua diabolum vicit.
Multum inuidit & elinguem ad tantam rem me esse fateor. Sed quoniam propositio est de
ipso verbo, verba mihi nascitur aille non congrue spero. Faciam igitur secundum iam dictam
exhortationem sapientis, ut exalteam quidem in victoria sua verbum Dei quantum potero &
prout ipsum donaueris. Veruntamē scio & confiteor, quod victoria eius maior sit omni laude,
neq; labore, quia non peruenit vi possum re dictis exquare, vel ipsum, sicut est magnificare.

Quibus nominibus, & quare hostis verbi Dei inscripturnis nominetur, & quid sint

septem capita draconis.

C A P . V I .

- Apoca. 12.* **I**am nunc verbi huius aduersarius agnoscendus est ex suis nominibus. Dicitur in Apoca-
lypsi. Draco magnus, draco rusus, habens capita septem, serpens antiquus, vocaturq; diabo-
lus & satanas. Vocabula hæc reciproca sunt. Neq; enim prius fuit causa illi propter quam di-
citur draco, quin illa, cuius intrusa dicitur serpens antiquus, neq; prius accidit, cur vocaretur
diabolus, quām ficeret ipse satanas, id est, aduersarius, imo prius existit sicut accidit, cur vocare-
tur satanas, deinde cu[m] diabolus, deinde cur serpens antiquus, deinde cur draco tot capitum,
draco magnus, draco rusus. Deinde ex eo satanas dicitur, & ceteri, ex quo aduersari coepit ver-
bo Dei, & inter angelos seditionem fecerunt turbator paci, rebellisq; lumini, & deinde siue proinde
accepterunt sententiam, iuxta quam dicitur diabolus, id est, deorum fluens. Vnde dominus, Vi-
debam (Inquit) faciem sicut fulgor de cœlo cadente. Post hæc egit cur merito vocetur serpēs
antiquus, videlicet quando primum decepit hominem serpente ingressus. Deinde proficiens
in pelus egit cur vocetur draco, & non qualifcetur, sed draco magnus, draco rusus habens ca-
pita septem, quando qui antiquitus educerunt per salaciām consueverat vniuersum orbem, ad-
didit cum fallacia viu quoq; qua reges & principes, ac superbos homines instigans ad perse-
quendum & occidendum electos propter verbum Dei, quod primum coepit agere statim vbi
ad Abraham facta est reprobatio beatissimis, quod est Christus, in quo omnes gentes bene-
dicendi sperabantur. Hoc fieri coepit est per Pharaonem regem Aegypti, qui primum pu-
eros Hebreorum maleulos in aqua necari iussit. Regnum ergo Aegypti primum draconis hu-
iusciput fuit. Secundum caput draconis, regnum Israel fuit, scilicet propter peccatum Salo-
monis, quibus temporibus Iesabel cum rege Achab & Atalia filia ipsorum, regelij aliam in
Samaria, quin in Hierusalem prophetas verbi occiderunt. Tertium caput fuit regnum Baby-
loniorum, qui Hierusalem & templum quod tunc erat vniuersum nominis domini, lucenderunt,
trecenti pueri in fornacem ignis, & Daniëlem miserunt in lacum leonum propter verbum Dei.
Heforr. 3. Quartum caput fuit regnum Persarum acq; Medorum, qui vniuersum genu ludorum, vnde
1. Macha. 1. verbum erat in carnandum, vna die delere voluerunt. Quintum caput regnum fuit Graecorū,
2. Macha. 7 cuius videlicet regni rex impudens Antiochus, verbi siue legis Dei memoriam omnem delere
volens, inter cetera scelerata crudelia, septem fratres cum matre ipsorum nimis atrociter micer-
erunt. Sextum caput, regnum fuit Romanorum, sub quo hoc verbum incarnatum in crucem ascen-
dit per Pilatum, & per manus Romanorum martyres eius innumerabiles occisi sunt. Septimum
caput erit Antichristi regnum.

Quare diabolus draco nominetur, & quando incepit primum exercere cornu, &
quod agnus (id est, verbum Dei) totidem habuit cornua. C A P . VII .

- Ezech. 29.* **I**gitur à tempore Pharaonis, draco coepit haberi, qui iam serpens erat, ex quo primum homi-
nem per serpentem decepit. Quod si authoritas requiratur, apud Ezechiem dicit dominus.
Ecce ego ad te Pharaon rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum &
dicis, meus est fluvius, & ego feci memeripsum, &c. Namirum dum in persona Pharaonis dia-
bolum arguens, dicit ei draco magne, satis constar, quod à tempore eiusdem Pharaonis illud
agere coepit, vnde mereretur draco vocari. Nam ceterus non persequebatur violenter, rati-
onemmodo educens fraudulenter. Econtra simul considerandum, quia tunc etiā filii celebrat-
tum est

tum est, propter quod verbum Dei cōsueuit agnus appellari. Ille namqi Pharaon typus diaboli, Agnos, draconis magni, multis plagiis fatigatus, tandem vicit per immolationem agni, dimisit populum Deli. His animadurelis, pulcherrimus est eris illud reminisci, quia quot sunt illius draconis capica, totidem sunt huius agni cornua, sicut scriptum est in eodem Apocalypsi libro, in quo legitur draco tot habere capita. Ex vidi in medio throni & quatuor animalium & seniorum agnum stantem tanquam occulum, habentem cornua septem, &c. Magna & mira sunt haec scri*Apoca. 5.*
ptuarum sanctorum sacramenta, de quibus in ordine dicendum erit, prout verbum ipsum sua donauerit gratia. Nunc altius recurrere liber, scilicet ad initium duelli, quo primam satanas ille consurrexit aduersus verbum Deli, & vicitus de celo cecidit. Liber eriam in primis querere, quantum de sacris poterit scriptura conscripsi, quae causa iniuriarum fuerit, vel qualiter hostis ille materiam haberet superbiendi.

Quod causa rebellionis fuerit superbia, & que fuerint causae superbiendi. C A P. VIII.

SAranas, veras aduersas Dei verbum caulas iniuriarum nullas habuit, sed falsas confinxit, / Habuit autem materiam superbiendi, speciositatem, scientiam, & magnitudinem proprie conditionis. Speciosus namqi & pulcherrimus conditus fuit, quod & ipse coditor testatur, cum apud Ezechiel dicit. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus. Eratqe pulcherrimus in magnitudine sua, omne lignum paradisi Deli non assimilatus est illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum. Haec de pulchritudine eius. Porro scientiam eius multam ibidem hoc modo significat. Quae nutriuerunt illum, abyssus exalteauit eum, summa eius manabant in circuitu radicum eius, & rios suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Manifestus quoqe in eodem propheta, dum sub nomine principis Tyri denotatur, scientiamq(per aquas intelligi solet) in eo suffit pronunciat, id est Deus sumil cum pulchritudine, de qua dicitur est. Plenus (inquit) sapientia, & perfectus decoru*Exeb. 32.*
tu deliciis paradisi Deli fuit, tu Cherub extensus & protegens, cherub quippe plenitudo scientie interpretatur. Quod tertium erat, id est, magnitudine eius, per hoc satis exprimitur, quod illi dicitur extensus & protegens. Amplius autem per illud quod loco supra memoratur, cum dixisset. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, addidit, excelsusqe altitudine. Et post pauca, Cedri (inquit) non fuerunt altiores in illo paradyso dei, abies non adaequauerunt lumenatem eius, & platani non fuerunt aequales frondibus illius. Per metaphoram sine dubio cedri & platani, & abies, quae non adaequauerunt summituram eius, angelice siue archangelicae dignitates intelliguntur. Fuit ergo pulchrior & speciosior ceteris, quia omne lignum (inquit) paradisi Deli non est assimilatum illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum. Fuit & maior & altior, quia abies non adaequauerunt summituram eius, fuit & scientior, quia rios suos per quos scientia defingatur, emisit ad vniuersa ligna regionis isti Cherub. Haec tria quisque perpendens, scilicet magnitudinem, scientiam, & pulchritudinem eius, clarus agnoscit, cur dum contra eum iub nomine principis Tyri inueniatur propheta ex persona Deli, Tu, inquit, signaculum similitudinis. Cuius enim similitudinis, nisi sancte & adorandae trinitatis signaculum? Secundum huc tria fuit. Sancta quippe trinitas ipsa est magnitudo, sapientia, & pulchritudo. Magnitudo namqi filii & spiritus sancti, pater est. Sapientia patris & spiritus sancti, filius est. Pulchritudo patris & filii, spiritus sanctus est, quia magnitudinem, sapientiam, & pulchritudinem participauit (teste scriptura) plus ceteris. Per hoc ipsum aliquatenus claret, cui dictu*Exeb. 28.*
sunt signaculum similitudinis. At ille veors cum in tanto honore esset, non intellexit, & haec omnia vertit in materiam superbiendi. Non sufficeret eti*Exeb. 29.*
tanta largitas creatoris, nisi idem disceretur vel existimatetur de ipso quod de Deo, nisi appellaretur Deus, nisi adoraretur ab angelis ut Deus, nisi praedicaretur & ipse increas. Negavit quippe Dei esse creatorum suum, & dixit se esse Deum. Sic enim in propheta supra memoratur, dum sub nomine Pharaonis illi reprobrando dixisset dominus Deus. Ecce ego ad te Pharaon rex Aegypti draco magnus, qui cubas in medio fluminum tuorum, statim subiuxit, Et dicas, meus est fluvius, & ego feci memetipsum. dixit se esse increatum, negavit Deum esse creatorem suum, & sub nomine principis Tyri dicit idem dominus Deus contra cum. Elevarunt est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Deli sedi, & dedisti cor tuum quasi cor Deli. *Exeb. 18.*

Quod per superbiam factus sit mendacij pater, & quod nam fuerit illud mendacium ex litteris prophetis. C A P. I X.

Ecce hoc est mendacium quod iste diabolus genuit, cuius patrem hunc esse pronunciavit dominus Iesus Christus veritas & verbum Deli, dicens ludens, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestris vultus facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non fuisse, quia non est veritas in eo. Cum loquitor mendacij, ex proprio loquitor, quia mendax est, & pater eius, subauditur mendacij. Hoc fuit initium duelli, principii certaminis, quod tale mendacij locutus est ex propriis. Ex propriis, inquam, quia non sic res se habuit quomodo dixit, ego feci memetipsum, Deus ego sum. Genitura ista cordis eius, contraria est geniture cordis unius &

Veritas.
Mendacium.
Ezech. 28.
Ezech. 14.
Isaia 14.
Isaia 14.
Job 40.
Ezech. 31.
Ezech. 28.
Ezech. 29.
Ezech. 31.
Ezech. 29.

sollus Dei, contraria verbo Dei, veritati Dei. Hoc est inimicitiarum exordium, & iste inimicitie naturales sunt. Naturaliter quippe dissidentur veritas & mendacium. Veritas est verbum Dei, Mendacium est nihil. Verumcamen siud nihil ad illud, confitatur, ut qui aliquid erat, quinamagnitudinis sapientia, & pulchritudinis multum habebat, in alterum versus sit sic, ut iam neque magnus, neque sapientia, neque pulcher possit esse vel dici. Nempe adeo magnus esse deus, ut sit qualis. Nam dabo te, inquit dominus, & Cherub in cinerem, super terram in conspectu omnium videntem te. Sapientia deus dicitur. Nam perdidisti, inquit dominus, sapientiam tuam. Pulcher esse deus. Nam polluisti, ait, sanctificationem tuam. Sed reuertarum ad ordinem. Nondum enim totum audiuius laetitiae superbie eius quod perpetrauit adhuc in illa magnitudine, sapientia, & pulchritudine conspicuus, propter quod & sic miser factus est, bonis illis expoliatus.

Satanam suo ipsius mendacio deceptum, ceteros angelos decepti, maiestatemque
& equalitatem Dei ambivisse.

CAPVT X.

Vbi mendax ille mendacium illud locutus est. Ego feci memet ipsum, & Deus ego sum, & liberavit adhuc apud se, & propoliuit, dixitque in corde suo. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Numerum nubium nomine, ceteros omnes angelos cognominabim, fortassis ob magnitudinem & pulchritudinem suam, quia non parvus erat in oculis suis, tanto omnes angelos lemeti po viiores iudicans, quanto nubes, licet aliquatenus candidae vel lucidae, & blemores sunt pulchritudine luciferi. Luciferum namque volebar se haberet. Unde & cum improposito ei dicitur. Quomodo cecidisti de celo lucifer, qui mane ostiebat? Profecto quae vbi dixisse legitur. Ascendam super altitudinem nubium, ibidem quando cum exhortatione lucifer nuncupatur, datur intelligi, quod ceteros angelos in corde suo qualia nubes reputauerit, arborum de lemeti po, quod esset tanquam lux qua nubes indigena ut illud trentur. Sed illud occurrit, quod ibidem virumque dixit. Super altra Dei exaltabolium regnum, & ascendam super altitudinem nubium. Ad quod dicendum, quod nec alia haec visibilia, nec nubes tunc erant, & idcirco per astrorum & nubium vocabulum intelligi oportere ordines angelorum quos ille, quamvis essent alstra Dei reputabat nubes comparatione iuri. Ceterum quoquo modo hac dixerit, illud confiat, quod despiciunt cunctos habent, nam omne sublimis videt, & ipse est rex super omnes filios superbior. Quid tandem est quod ait, Ascendam in celum auctor astrorum super altitudinem nubium. Nonne in celo erat, & propter hanc superbiam de celo cecidit ille Satanas? Nonne super altitudinem nubium eiusmodi ascenderat, cum (sic ut iam dictum est ex alio propheta) abiecti & platanii, per quas intelligunt, quod ex eadem altitudinibus angelicis dignitate, non fuerint aequalis frondibus illis, non adsequuntur summite eius in paradiiso Dei. Alium ergo ascensum oportet intelligi, videlicet ascensum & cordis non corporis, ascensum honoris non loci. Ex abundanti est auctrius profectionem honoris ascensum recte dici, cum in scolia quoque pueri leditent, ducent nobis dicentes militibus suis. Quo potuit cuem populus perducere liber. Ascendi, supra, & nihil nisi regna reliqui. Quod dixit, Ascenda, tumor fuit ambitionis, quia qui dicebat, ego feci memet ipsum. Deus ego sum, conqueierit sic a sublebat aescendere in celum, ut celi tenet imperium, sic exaltare super astra Dei solum suum volebat, sic ascendere super altitudinem nubium, ut adoraretur & honorificaretur concentus angelorum tanquam Deus & dominus ipsorum. Hoc enim habet suprema dictio sine dictione eius conclusio. Nam ac si aliquis quereret. In quo ascendet? Ego (inquit) similis altissimo.

Satanam suum ipsius mendacium & ceteris angelis praedicta, persuasi, sed non nullus, ut se pro Deo haberent.

CAPVT XI.

Quomodo hucus autem fieri posuit, nimirum consensu angelorum? Ut igitur in rem procederet, quod apud se habebat huiuscmodi consilium, coepit praedicare lemeti po omnibus angelis, considerans ut erat plenus sapientia, quod efficaciam haberet ad persuadendum, ut crederetur sibi dicenti. Ego feci memet ipsum. Deus ego sum. Qualemque sunt illae lingue angelorum, numeri constat eum hoc de lemeti po praedicante, quod in eis prophetice scripturae veritatis testitae sunt. Ne vero vicerit, sed magna scientia, qua plenus erat, arte, praedicabat omnibus angelorum ceteris, Deum se esse. Quid enim aliud per illud innuitur, quod loco super meritorato, inter cetera que dominus dicit, contra eum sub nomine Allus? Flumina eius (inquit) manabat in circuitu radicem eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis, & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius prae aqua multis. Riuos namque suos emisit ad vniuersa ligna regionis. Quia sapientia sua multa effundendo, vniuersas angelorum multitudines circumvenire, & in ientitione iusta deducere laborauit, ut apud illos tanquam altissimum haberetur, & adoraretur ut Deus. Et eleuati sunt rami eius prae aqua multis, quia maior quam erat, coepit haberi apud maximam partem angelorum, prae multa sapientia, qua se lementauit, de quibus post alias quia sic dicit. Et amulata sunt eum omnia ligna voluptatis, que erat in paradiiso dei. Norandis, quid

quid vel qualiter dixerit, quia non ait, & remulata sunt eum omnia ligna regionis, sed remulata sunt eum omnia ligna volupたatis. Et misit quidē riuos riuos ad omnia ligna regionis, sed remulata sunt eū tantummodo omnia ligna volupたatis. Quia cunctos quidē angelos per suam sapientiam deciperet, & ad iurum fauorem deducere tentauit. Sed adulati sunt ei tantummodo spiritus illi, qui gloriam suam quarebant, non Dei, quos delectabat seruire potius creator & quiā creator. Ita est vel maximē liquet ex eo, quod tandem dicitur ei. Ecce deductus es cum lignis volvatis ad terram vltimam, in medio intercunciforum dormies cū his qui interfecti sunt gladio. Exe. 31.

Satanam neminem creationis & conditionis sue conscientia perfasse, ideoque nullius contra se testimonium veritatem fuisse. CAPVT XII.

Quem putare posse esse ex omnibus angelis, qui dicente ipso. Ego creatura Dei non sum ego à nullo factus sum, sed ego secundum memetipsum, obuiare & diceret: falsum tu loqueris. Quem tumeret posse inueniri certe Dei, qui testificaretur, & diceret, ille te fecit. Verus Ioban. 3. nanciū ille testis est, & certus, qui quod videt & audiuit, hoc testatur. At vero cunctorū spirituum sine angelorum nullus videt, vel audiuit, quando illum fecit Deus. Nullus quippe ex omnibus adhuc fuerat conditus, omenes minores sunt, hic primus erat. Testatur hoc ipse Deus, qui ad beatum lob illum mirabiliter descripsit. Ipse (inquit) principium est gloriam Dei. Eliphaz quoque Iob 40. Themanites, dum de eodem iusto viro nimis male sentit, putans eum contra Deum superbire & immarit linguam blasphemant. Numquid (aut) primus homo es tu, & ante colles formatus? Idem enim est ac si diceret. Si eleuat te cor tuum, & sic tumeret contra Deum spiritus tuus, ut Job 15. imitari videatur. Adam qui superbiter spiritu deceptor, peristi, imo & diabolus qui ante colles, id est, ante ceteros angelos formatus, contra creatorē superbuit. Cum igitur nullus haberet ex omnibus angelis concilium sua creationis, qui dicere posset (ego vidi vel audiui, eo quod primus ipse conditus fuerit) quem putare stare posse contra se testem Dei. Quis reuelaret factum indumentū eius & in medium oris eius quis intrare ē portas vultus eius quis aperiret & Nimis arbitratu eius nullus erat qui posset cum aeguere esse mentitum, & conditionis eius prostrere iudicium.

Solum verbi Dei testimonio connicatum Satanam, & eiusdem verbi Dei testimonium non latuisse ceteros spiritus. CAPVT XIII.

Sed ecce in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc solū verbū erat in principio apud Deum. Hoc verbum, hic Deus testis esse debuit, & testis esse potuit verus idoneus, quod Satanas ille falsus est, quod mendacium loqueretur. Nam ipse est super omnes ipse ante omnes, & quod videt & audiuit, hoc testatur. Quid autē non videt, aut quid non est veritas, audiuit, qui omnia vidit cum fierent? Imo omnia vidit & audiuit antequā fierent? Nam omnia tamen per ipsum facta sunt, & quod factū est in ipso, vita era. Vidit ergo illū quoq; angelum summū Ioban. 3. cum fieret, vidit & audiuit antequā fieret, & idē per ipsum factū est. Proinde poterat testari de Ioban. 1. illo superbo, quod ellē falsa locutus, quod ellē factū vel creatus. Cū itaq; riuos suos emitteret (vt supra iam dictum est) ad vniuersa ligna regionis mittebarunt. Econtra, verbum hoc sors unus & verus qui apud Deum erat, iuxta illud. Quoniam apud te est fons vita. Mittebatur (inquit) Ptol. 10. ad irrigandū eadē ligna regionis, id est, ad instruenda spiritū agmina cognitione veritatis. Tali namq; fons est hoc verbum, ut sit etiā lumen cordū illuminans oculos mentis ad illuminandū Verbum Dei. & videndū non solum quae praesentia, verumperiam quae praeterita & quae futura sint. Vnde cum Fons dicitur est, quod praeexistens. Quoniam apud te est fons vita, continuo subiunctum est. Erit in Lumen, mine tuo videbimus lumen. Hunc reū sufficiens habemus experimentū in hominibus sanctis, & quos factū est verbum domini, qui & proinde videntes dicitū sunt, quia in isto lumine sic videbant. Proprie, sunt lumē, ut cum eaturenū fuissent nonnulli ex ipsis homines sine literis, imo pastores, ut Amos cur rident & Daud, repente fierent literati, & prudentes eloqui mystici, & interpretari coelestū secretorum iesu & magnifici. Nonne etiam homines huncmodi inter cetera quoq; conditionē & presumptiōne viderunt illius Satanā cūd est, aduersarij, quē & descripti erunt per figurās & tropologias prophetā dīmirabiles, nunc sub nomine Pharaonis, nūc sub nomine Assūr, nūc sub nomine principiū Tyri, literati. ceteroruq; superborū principiū huius leculi, qui illū sunt initiati. Itaq; salte secundū exemplū hominū prophetarum huius verbi dominii per ipsū nobis sit, quia electi angeli per infusionem eiusdē verbi scrierunt, nec quasi incertū leniscriūt, sed claro lumine viderūt illud quod erat praeteritum, scilicet & quod sicut ipsos juniores ita scriberet unus Deus illū primū. Hoc erat verbum, & fidele verbi testimonium verbi quod erat Deus, qui non in incerto quicquā loquitur, sed quod videt & audiuit, hoc testatur. Testimonium eius spirituū pars quādā accepit, pars quādam nō accepit. Pars quae testimonium eius accepit, signavit, quia Deus vera x est, dicens. Videlicet quid ego sum, non sit alius Deus propter me. Et Satanas ille mendax est, qui dixit, Deus ego sum, Ioban. 3. & in cathedra Dei sedi, & meus est fluvius, ego feci meinet ipsum, & cetera huiusmodi. Dnt. 32. Exe. 28.29.

Partem spirituum, superbiam & inuidiam de pranatos, testimonium verbi Dei non recipi se, partem humiles & obedientes in veritate persistisse. C.A.P. X.III.

Pars quae testimonium eius non accepit, sic est inexculabilis, ut ille idem princeps & pater mendacij, qui contra propriam conscientiam mentitus est, dicendo, se esse quod non erat, negando se esse quod erat. Nam omnino nesci & ipsi omnes scire posuerunt, verum esse verbi Dei testimonium, sed rebellis luminis, i.e. eidem verbo extiterunt propter inuidiam, seu proper inuidiam, cuius videlicet superbiam suis inuidis nunc vice proverbiis visitari est. Ob derogationem melioris semper fauere peiori. Hoe illi spiritus qui dicuntur & sunt maligni, sive dubio fecerunt. Inuidentes namq[ue] meliori, immo soli bono creatoris, malum & mendacem Satanam, id est, aduersarium eius suis favoribus extulerint, testemque eius, Verbum eius oderunt & repulerunt, ut puta quorū secundum exemplum maligni quoque homines eidem domino deo diecere soliti sunt. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Taliū spiritū maximē ludare imitatores fuerunt, de quibus non recipientibus testimonium suum, ait id ipsum Dei verbum. Nunc autem & viderunt & oderunt, & me & patrem meum. Superbia ac pustulatio illorum quidā pulchritate declamauit, cum praemississet. O Israel quā magna est dominus Dei & ingens locus possessionis eius, magnus & nō habet consummationem, excellens & immensus, ita subiunxit. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt sita magna, scientes bellum. Non nos elegit dominus, nec via disciplinae inuenierunt, propterea perierunt, & quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suā insipientiam. Profecto superbiū illorū nomine gigantum congrue signauit. Insipientia autem proprio vocabulo expressit. Magnitudinem quoque immunitatem rebelis lonis eorum, qua contra veritatem rebeliauerunt miro modo, & propriam quā in breuiter expoluit. Dicendo, scientes bellū. Porro sanctorum spirituū, qui (sicut iā dictum est) verbi Dei testimonium accepereū sapientiam, humilitatem, atq[ue] obedientiam lucis de pulcherrimè expressili dicens. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis & claritas sunt, vocatae sunt, & dixerunt, assimus, & luxerunt ei cū lucunditate. Deinde contra principem illorum malignorum, qui dixit. Deus ego sum, veraciter intulit dicens. Qui fecit illos hic Deus noster est, & non astimabitur aliud ad illum.

Satanam propter testimonium verbi a Deo damnatum, a sanctis angelis gladio verbi Dei debellatum, & ē cælo reicitum est. C.A.P. XV.

Igitur quia gigantes erant, quia scientes bellum erant, id est, quia superbi erant, & tota intentione creatori rebellabant, decebat eum quis fecerat eos ut tam contra ipsos quam contra principem eorum, aquam proferret sententiam, & ostenderet in illis fortitudinem suam. Sententiam ipsam nomine gladii, loco superiori memorato per prophetam contra Allum designat, cum dicit. Cui assimilatus es, o inclite arcu sublimis inter ligna voluptatib[us]. Ecce deductus es ad terram ultimam, in medio incirculorum, dormies cum his qui interficiuntur gladio. Eandem sententiam damnacionis, littere illi per gladium intelligi, cum dicitur in Apocalypsi de bestia que de mari ascendit, quia habet plagam gladii, & vixit. Plagam namq[ue] gladii habet bestia, & vivit, quia sententiam damnacionis dabitus in celo accepit, & adhuc superbit, ac semetipsum defendit. Ita gladio percussus est cum lignis voluptatibus, id est, sententia verbi Dei, damnatus est cum angelis sequacibus suis. Damnatus autem per fusillimum verbi Dei iudicium, statim de celo proiectus est per ministerium sanctorum angelorum, victoriae verbi Dei militantium. Sed quae vel qualia fuerunt vel sunt arma, quibus illi spiritus in illo prælio vici sunt? Non vestigia arma materialia fuerunt, sed omnis armatura eorum fuit & est ipsum Dei verbum. Ipsius (inquam) Dei verbum rebellibus illis spiritibus vim suam per angelos sanctos intentans per semetipsum perficit victoriā. Ignis quippe est Dei verbum, id est, sic intolerabile impiis, spiritibus malignis, ut eis infirmis corporibus ignis visibilis. Hinc in parabolâ scriptum est. Omnis sermo Dei ignitus clyprinus est sperantebus in se, & Psalmista dicit. Ignitus eloquium tuum vehementer. Item, sicut fluit cara à facie ignis, sic perirent peccatores à facie dei. Ignitus non qualib[us]unque armis diabolū, & angelos eius debellauerunt sancti angeli, sed igne ardente, in ipsiusnamq[ue] est verbum dei. Erenim ignis iste intolerabilis quidem est impiis & odientibus se, sed blandus & suavis est p[ro]is & diligenteribus se. Idcirco apud prophetam supra memoratum angeli sancti lapides dicuntur igniti. Sic enim scriptum est. Et potuit te in monte sancto dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti. Et subinde ait. Et peccasti, & ecce te de monte sancto dei, & perdidi te o Cherub protegem, de medio lapidum ignitorum.

De eo quod in Psalmis scriptum est: Tu terribilis es, & quis resistet tibi,
extincta ira tua? C.A.PVT XVI.

Ex eo fatigata, quam veraciter Psalmista dicit. Tu terribilis es, & qui resistet tibi, extincta ira tua, quod idem est, ac si dicat. Non ex quo quisque peccat, sed ex quo tibi resistit peccator (quod ille primus fecit) ira tua vim suam exercet, cui resistere nemo potest. Et quis recte considerans

siderans tantam terribilis Dei non pertimescat ira & ille qui videbatur sibi fortissimus sic inter angelos, quos fuo volebat esse dominus, quasi cera, vel tanquam stipula inter flammas inuidius est inueniens. Quia hoc in laude verbis dei non admiretur & consideretur diligenter litera prophetalis, Ezech. 28. quomodo in eum declamat, praemisserat, dicit. Omnis lapus pretiosus experimenti tuu, sardius, & opa-
zarius, iaspis, chrysolitus, onix, berillus, saphyrus, carbunculus & smaragdus. Post hunc ita sub-
sunxit. Repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccatis, & eieci re de monte Dei, & perdidi te o Cherub protegens de medio lapidum ignitorum. Noui preiosos lapides, pro quo noui angelorum intelligimus ordines, quos velut experimentum sibi visurapabas ad ornatum & obsequium, lapis ignitorum appellavit. Nonne haec dicendo, mirabiliter eventu predicauit? Vel ut si quis la-
tro vel prado palliu vel tunica rapias & induas, statim in lorica sine thorace ignis conuertatur illi. Verum igitur tu terribilis es Deus, & nemo resistere tibi. Nam ubi refixeret tibi quae audieras, extulit ira tua, quae non potest portari. Ille tamen magnus, & robustus, dum a facie tua effluit, sicut fluit ex aera a facie ignis, terribiliter in semetipso expertus est, & omnibus pro experimento sufficit, quod tibi nemo resisteret possit. Verum tam cù legimus vel audimus, extulit ira tua, seu quod liber aliud eiusmodi, non intelligimus, nec intelligere debemus de Deo impensis, quod in eum cadant morus animi, qui signantur vocabulo ira vel furor. Ipse namque suavis semper in transAffectione quillitate omnia disponit, sed creatura corrupta, suoc vitio turbata, ipsam creatoris quoniam modo atque tranquillitate male & penaliter sentit. Inde est, quod uno eodem tempore vel momento, & tribuanter lapides supradictos, qui incorrupti sunt, illustrat, & non viri, & aduersarios illorum viri, & non Deus, illustrat, qui sunt corrupti, & a natura bona degeneres. Hoc licet satius per semetipsum intelligi-
bile sit omni sensato homini, iuvat ramè adhuc per notam similitudinem indagando melius intueri.

*Pulcherrima similitudine declarat, motus & affectus animi in Deum non ca-
dere, sed eum immutabilem esse.*

C A P. XVII.

Ecce quæcunq; lapidem lucidum ex clarissimis lapidibus eiusmodi, qualium vocabulis Deus semi-
in propheta (vt iam dictum est) Dominus Deus nouem ordines angelorum significauerit. Per immu-
tabilitus.
Plerunc; dum liber attollis in facie loris sereno celo fulgentis, statimq; lapidem in paratu sui
quantitatem magni solis concipit imaginem, supponis continuò materiam per aridū ignum
sciam. Nonne unus idemq; splendor solaris, & in lapide radium vibrat innoxium, & in mate-
ria iam dicta tacitu molestum tractat incendium? Unus idemq; ignis & in lapide radiat, nec viri,
& in eis sumat, & viri. Non ergo mirum, quod Deus noster, qui (vt ait Apofolus) ignis con-
sumens est, simul uno eodemq; actu, sanctos angelos sic ignitos reddit, ut ipsorum pulchritudo
& delectatio sit, & aduersarios suos lucis artiringat, ut consummatur penaliter afflati. Iaq & per-
didit te (inquit) o Cherub protegens de medio lapidum ignitorum, subauditur, quia tu illorum
ignem sustiner non posuisti. Tu namque superbia, & illorum humilitas, ita sunt contraria contra-
rietate naturali, ut quod illis gloria est, id ipsum tibi pena sit. Scinduntur interea, quia quoconq;
se veritat, poena sua secum portat, & plaga ignis ignitorum lapidum, qua lemel est fulmina-
tus, intrinfexus in ipso persuerat. Hæc eius poena ex illis dominis dictis ad beatum lob (Ialuo sa.) Job 42.
eratore intellectu) valer intellegi. De ore eius lampadis procedunt scut tede ignis accensae, de
naribus eius procedit sumus sicut olla successa, atque seruens halitus eius prunas ardore facit, &
flamma de ore eius egreditur. Interim ergo donec veniat dies vniuersalis iudicii, quo in ignem Matib. 25.
eternum, qui paratus est ei & angelis eius, præcipitabitur cuncte videntibus, jam habet poenam
incendium fulminis, quo fulminatus de celo ecclidit, & nihil sic timer, quia fulmen verbi Dei,
nihil habens virium, ut subsistere possit vbiq; illud senserit, in corde vel ex corde & ore ho-
minis, sive angelii verbi euident dilectionem habentis.

Ex illo certamine, quo diabolus vicitus est, quendam de principibus militiae celestis,

& principatum & inclitum nomen retulisse, ut iam dicatur Michael,

id est, quis sicut Deus.

C A P. XVIII.

Ex illo certamine magno & mirabili, pulchro nomine & honore donatus unus & primus
de militiae ecclesiæ principibus gloriose redit, nomine videlicet, ut exinde vocaretur Mi-
chael. Honore non solum angelorum, verum etiam hominum habentium Dei verbū ipse sit princeps.
Sic enim Daniels de illo ab alio angelo dictum est. Er ecce Michael unus de principibus primis,
venit in adiutorium meum. Item, veruntamen annuntiabo vbi quod expressum est in scripturis ve-
ritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Itēc post aliqua.
In tempore autē illo, conligeret Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet
tempus, quale non fuit ex eo, quod gressus esse coepurunt, vijs ad tempus illud cū dicitur. Quis tamen pro
filio populi, loquens illi, cuius populo soli credidit? Et non rūc erat verbū Dei, dicitur ei. Princeps
vester magnus. Profeci o cōstat, qui princeps est omnium, vijs ad finē seculi, qui verbū dei creditur,
& confitetur. Et hoc honore vel principatu donatus est, ex quo cōtra diabolū dicentes Deus ego
sum, resistit, ut diceret, Quis sicut deus, & vincendo illū probauit, quia nullus est aliud sicut deus.

Hinc

Michael.
Demet. 10.

Daniel. 22.

Hinc (ve iam dicitur est) nomine quoque est donatus, ut Michael vocaretur. Michael namque interpretatur, quis sicut Deus. Iste, & tu in celo vixit effulgit, & nunc in ecclesia, quae ad celum tendit. *Ecclesiast. 12.* Vnde & ipsa celum dicitur, quia coelestem vitam ducit, eundem antiquum hostem vincit, mystica Apocalypsis continet scriptura. Et factum est (inquit) praelium magnum in celo. Michael & angeli eius pugnabant cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, &c. Magnus igitur princeps iste est, princeps bellum diuinum, Vrbem autem Dei bellum eiusdem virtus est. Nam quia verbum ipsum satanam illum, & tunc in celo canquam Deus eligit, & nunc caro factum in hoc mundo fortem eundem tanguam fortior alligavit. Inde archangelus iste cum angelis suis pugnando, & tunc illum de celo proscere potuit, vbi dicebat Deus ego sum, & sed i vel se debo in cathedra Dei & nunc eundem de templis vel delubris idolorum, vbi a nobis gentibus colebatur, protrahere praevaluit, pugnando contra illum, non solum cum angelis suis, verum etiam cum hominibus sanctis, maximeque propter martyribus Christi, quibus modi vicisse fuit.

De eo quod dictum est ad B. Iob. Quis dimisit lapidem angulari terrae cum me laudarent simul astera matutina, & iubilarent omnes filii Dei. C. A. P. XIX.

Iob 38. **I**taque projecto illo, laudauerunt & iubilauerunt angeli sancti, participes cum Michaeli, & cooperatores viatorum verbis Dei, sicut ipse Deus & dominus ad B. Iob loquens, pulchre innuit. Primum namque, Vbi eras quando ponebam fundamenca terrae? Indica mihi, si habes intelligentiam; quis posuit mensuras eius, si nos & vel quis extendit super calmeam & super quo baseri illius soliditas sunt ita subiunxit. Aut quis dimisit lapidem angulari eius cum me laudarent simul astera matutina, & iubilarent omnes filii Dei? Equidem si futurum prophetia in verbis istis attendimus, spiritualis terra, id est, sanctae ecclesie positione, dimensione, atque solidatione ut sit intelligimus, cuius lapis angularis est Christus, sicut docet beatus papa Gregorius. Veritas amen si praeteritorum narratione accedere placet, quis reuera deus huius tertie, qui calcans fundameta posuit (quod mirabile est!) super nihil, & bases eius, firmitate eius solo precepto suo solidavit. Lapis alius, scilicet satanas, erit intelligendum lapis terra angularis, & principia huius mundi. Nam de isto sine dubio superioris id est Iob assumpta parabola, dixit. Lapidem quoque caliginis & umbras mortis diuidit torrens a populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egreditur hominis & inuidos. Haud dubium, quoniam in loco lapis satanas ille debet intelligi lapis caliginis, reputata nihil habens de illuminatione septem oculorum, quoniam in alio lapide Zacharias propheta videt. Lapis (inquam) caliginis & umbras, non qualiscumque, sed umbras mortis. Isti lapidem diuidit torrens iudicij diuini a populo peregrinante, ut videatur non obscureret, non sua caligini inuolueret eos, qui in hoc modo a populo peregrinos se esse nouerunt, qui manente ciuitate late non haberet, sed futura inquirunt. Diuidit ab eodem populo cum eiusmodi lapide, etiam quos oblitus est pes egreditur hominis, & inuidos, id est, oculos homines impios, quos propter incedulitatem ipsorum oblitus est, & dereliquit pes egreditur hominis, i. gratia Iesu Christi, qui cum diuersis esset, propter nos pauper factus est. Dereliquerit (inquit) ut puta inuidos, quia noluerunt parare, vel parati apud se viam domino. Lapis itaque durissimum ille hostis, lapis terra angularis, i. superbus princeps huius mundi, recte valet intelligi. Et illi Deus reuera dimisit, i. decorum misit, nec aliud nisi Deus dimittere potuit. Cuique tur demulceret illi, laudauerunt (inquit) simul astera matutina, & iubilauerunt omnes filii Dei. Quod dixerat, laudauerunt astera matutina, repetit dicendo, Et iubilauerunt omnes filii dei, videlicet, iancti angelii, qui dum in gratia claricie perfuerunt, recte dictur astera matutina, id est, angelii lucis. Angelii habentes charitatem, & cognitionem dei, que tunc illis percuti ruina diabolus clarus illuxit.

De eo quod dictum est ad eundem beatum Iob. Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. C. A. P. XX.

Quale autem putamus huius laudationis, vel iubilationis initium suisse? Quid pulchritus, eo quod sonat ipsum nomen Michael? Quid ad tonandum laudem sonorius, quam si sit. Quis sicut deus? Num ira ipsa cerebat, ut sic intonantes laudarent, atque iubilarent, quantum in ipso laudis & iubilationis exordio vixit illi, stultitiae magna redargueret, qui sibi videbatur esse sicut deus & verum & solum deum digni magnificarent, quod ei similis esse non possit ailius. Similis (inquit) videbatur, quod illa Victoria, magna cum diabolo & angelis eius excluderet discordiam, magna omnibus residuis illis beatis spiritibus fecerat concordiam. Ablatu erat de coritu illorum omne leandulum. Hinc est illud ad B. Iob. Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Planè veraciter dicitur, sed non bene, neque competenter illatum. Nam quia dixerat idem sanctus Iob in fine sermonis. Quod si non est ita, quis potest me arguere esse mentem tuum, & ponere ante Deum verba mea? Nunquam amicorum eius, qui omnes de illo sermones nimis male sentiebas, putavimus eum hoc dixisse per nimiam mentis superbiam. Potestas (inquit) & terror est apud eum, qui facit concordiam in sublimibus suis, ac si diceret. Ille te potest arguere esse mentem, qui te tristiliter potuit arguere diabolum, & deinceps illo, pro eo quod in sublimibus suis faciebat discor-

discordiam, indissolubilem in eisdem sublimibus fecit concordiam. Poetas (inquam) & terror apud eum est, sicut ex illo, & ex omnibus superbis comprobatum est, & ex teipso qui propter superbiam percussus, & omnibus bonis spoliatus, nunc in sterquilinis fedes. Malè quidem (ut iam dictum est) & in competenter illi dixit. Quia contra virum simplicem, rectum, Deum timenter, & à malo recedenter dixit, sed nihilominus bona & vera sententia, quæ recte dici posset contra talen quæcumque, qualen illum esse putabat. Cum igitur dicit, quia simus astra matutina iaudabant lue subtilabant, magnam insinuare et exclusam eile discordiam, magnamq; factam in cœlo cadente diabolo concordiam. Non leuiter est hoc sentiendū, quasi aduersarius ille, in ilia tanta multitudine spirituum paruum discordia fecerit tumultum, dum se mendaci-
ter Deum vellet haberi contra verum Deum & viuum.

Satanam non statim, vt conditus est, cecidisse.

CAPVT XXI.

Et qui opinione illa praeventus est, ut eundem Satanam cecidisse puer statim ut conditus Quando et
est, non apparet, non accedit ad eum, ut sentiat, magnum illum suis & diabolice & eodem in
discordia tumultum, licet magna esse iras diabolum, magnum econtra zeum bonum, gelo-
zulum non ignoret & auctorū angejorum. Prius ergo sciendum est, eum non cecidisse statim ut
conditus est. Sic enim in eum per prophetam supra memoratum dictum est. In medio lapidum Ezeb. 28.
ignitorum ambulasti, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuae, donec inuenta es iniquitas in te. Perfecto dicto huiusmodi, à die conditionis tuae, donec inuenta es iniquitas in te, sensum siue
opinionem illam non admittit ubi dicat, vel puer quis, quod ubi conditus est illi statim ceci-
derit. Consequetur etiam illi a suspicio, ut possit supicari, quia qualis idem nunc est, scilicet
malus, talis ad Deo conditus esset. Nunc autem & innocentem & rectum illum suis conditum,
& non parua mora permanens in medio angelorum sanctorum, præfens sermo conuinxit, dumsta
præmissus. In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in vijs tuis. Ac demum subiungit,
A die conditionis tuae, ac deinde, donec inuenta es iniquitas in te. Diem conditionis non sic ac
cippimus, ut nunc cursum & recursum solis, quia needum erat soi iste visibilis, sed melius expri-
mis non potuit sensus prophetæ, vel Dei ad hominem iocuensis. Non ergo putandum est, quod
conditus statim ceciderit, immo illud verum est, quia primum conditus, & tunc demum positus
est in illo paradilo caelesti. Sic enim ibidem scriptum est. In die (inquit) qua conditus es, foramina Ezeb. 28.
tua preparata sunt, tu Cherub & extensus protegens, & posui te in monte sancto Dei. Sed &
illud datur intelligi, quod non statim in initio peccati de celo proiectus fuisti, sed ipsum quoq;
expectauerit patientia Dei. Iste autem secundum duritiam suam & cor impudentis iram sibi the-
fausseruit. Cum enim præmissum fuisset, donec inuenta es iniquitas in te, statim subiunctum est,
In multitudine negotiorum tua repleta sunt interiora tua iniquitate, statimq; & peccasti, at
& tunc demum. Et ecce (inquit) de monte Dei. Triah hac sunt incrementa peccatorum in ho-
minibus quoq; tandem iusti consequitur iudicium Dei. Primum, iniquitatem mente concepit. Ezeb. 28.
Deinde ipsam iniquitatem non semei aut uno actu, sed multipliciter adimplevit. Deinde opera
Iniquitatis defendendo peccare. Itaque quia & inuenta es iniquitas in te & mulieritudine negotiatio-
nis tua repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, non parua intelligitur mora in iniqui-
tate illius peccatorum antiqui, ad infirmando electos angelos, ut scirent iustum esse iudicium Dei,
videntes illum peccatorem, quod esset incorrigibilis.

Satanam in sublimibus Dei pacem turbasse.

CAPVT XXII.

Igitur in sublimibus Dei discordia tumultus grande extitit inter magnas iras diemonum,
magnumq; & bonus zelum spirituum bonorum. Nimirum ut hoc animaduertamus, scilicet
quod in sublimibus Dei nimium pacem turbauerunt. Idcirco sub nominibus arguitur hominum,
qui terram turbauerunt, videlicet Assur Pharaonis, regisq; Tyri, & Nabuchodonosor regis
Babylonis, diciturq; illi. Nunquid ille est vir qui concubauit terram, qui concuslit regna, qui po-
fuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit? Item. Tu enim terram disperisti, tu populi occidi-
sti, & cetera huiusmodi. Alioquin si non secundum horum similitudinem de ipso est sentiendū, quod
ita turbauerit angelos per semetipsū, sicut turbauit gentes per talū superbias hominū & cannibalismus
in populos arripiens, ut quid nominibus & rebus gestis denotatur illorū? Non ergo du-
biū quin si tunc propter illū motus fuerint virtutes celorum, quæ & ultimo iudicio contra eum
movendas sunt. Motus ille quantum fuerit, ut tandem rueret ille de celo proiectus, ipse qui pro-
iecit illū Deum, Dei verbū breuiter innuit dicens. Videbā satanā sicut fulgor de celo cadentem.² Lxxv. 10.
Quomodo eadē fulgor & ut ipse motus atq; collisus nubibus tanto cum fragore, id est tonitu, ut
concuti machina coeli, & terra tremere videatur. Tūc fulgor excusum breui lucet, statimq; dispa-
ret. Itaque dū dicit, fulgor mirandū innuit motū virtutū celestium, magnusq; præsens angelorum,
Michaële principe contra illum, magnusq; super hęc omnia verbi omnipotentis, quod ipse
est, tonitruum, & excutientium illum, ut de celo caderet cū vanā luce sua, protinus extinctus est
miser,

miser, eoque projecto, serenitas pacis celo rediret. Notum est, cur ita dixerit, cur ita taliter illius satanæ mentionem fecerit, videlicet propter gaudium inconsultum discipulorum septuagintatuorum quos ipse miserat, quicq; reuerst, Domine (inquit) etiam dæmonia subliciuntur nobis in nomine tuo. Idcirco illius obiecit ut cauerent exemplum, ne & ipsi per vanam gloriam seducti exciderent, & abirent retrosum.

*Quod Christus, cum diceret: Videbam satanam cadentem, se non solum hominem esse,
verum etiam verbum patris ab eterno suis insinuauerit. CAP. XXIII.*

Simulq; haec dicens antiquitatem suum paucis credulo auditori suauiter insinuat verbis. Quād enim antiquus est, qui illud videbat? Nimirū secundum horminem qui videbatur, cum haec diceret, paulo plus quam triginta annorum erat. Porro lōgē ante triginta annos, imd ante omnes annos, & ante creationem solis, cuius circuitus annū efficit, satanas ille cecidit. Igitur qui illud videbat, longē ante suę carnis annos erat. Et verum est, nam in principio verbum erat, in principio vero verbum deus ipse erat. Sed & hoc attendendum, quia nec ita dixit, videlicet satanam, sed videbam, ait, satanam de celo cadentem. Rectè quidem dixisset, & verum esset dixisse, vidi, sed videbam verbum imperfeci temporis, quamvis præteriti, plus cōtinet, & maiorem iensem importat atri bene audiens. Deniq; videlicet satanam de celo cadentem, dicere posset, Michael quoq; & qui quis alius angelorum, quibus utiq; videntibus, ille cecidit, nec solum videtur, verumeriam cum illo præstantibus. At verò nullus eorum est dicere, videbam, sed tantum vidi cadentem. Hic solus est, qui non solummodo tunc vidit cadentem dum caderet, sed etiam videbar cadentem antequam caderet, sed & antequā idem formaretur aut fieret. Fiebas namq; per ipsum, sicut & omnia per ipsum facta sunt, nec poterat deus verbū ignorare, quid de illo esset futurum, præfertim cum ipsum sit verbum quod homines facit prophetas, id est, præfatos futurorum. Hoc plane sciendum & confitendum, quia dum fieret ille angelus, dū foraretur ille sapientia magnus, & præparentur foramina eius, sicut in eum per prophetā dicitur. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt. Cum, inquam, præpararentur foramina eius, videbat verbum deus, quod iste eisdem foraminibus ligaturas auri non esset recepturus iapis rebellis & durissimus. Hoc vt manifestius dictum sit, dum in genio, intellectu, memoria, plenari & perfecta rationalitate magnificè insigniretur, videbat verbum deus, quod creatorius ius dictionem, qua ad illum solum debet astringi, nullo modo esset receperitus. Melius ergo & magnificenter videbam, ait, cadentem, subauditur, etiam antequam caderet. Nam angelorum quoque posset qui quis dicere, vidi cadentem, & subauditur, dum caderet. Ad summum & illud inferre liber, quia solus iste videbat, securus fui. Angeli autem viderunt in magno terrore positi. Sic enim ad beatum Iob dicit ipse dominus. Cum sublatus fuerit, timebunt angelis, & territi purgabuntur.

Questionem, quare Deus satanam, cum malum fore sciret, creavit, soluit, iustitiamq; Dei irreprehensibilem defendit. CAPUT XXIV.

Dicit aliquis, si iam iunc videbar cadentem, quare illum tam magnificè formabat? quare foramina eius tam diligenter præparabat? Si quem res ista mouet, idem illi quod de Pharaone dictum est, de illo quoq; latana respondendum est. Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te foris iudicinem meam, vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Hoc audies fidelis animus, qui de domino in bonitate sentit, non suspicatur, quod euander Pharaonē malum esse voluerit, vel malum esse fecerit deus, sed ita intelligit (in hoc ipsum excitaui te) Vel sic, vt alibi legitur Posuite ac si diceret, Regem feci, vel esse voluiste. Longè enim aliud est, scilicet hominem malum, & aliud hominē, qui malus erat, excitasse & subuale esse in regnum. Quod malus est homo, à semel ipso sit, quod autem cum sit malus, in regnum ascendit, Dei ordinatione sit, aliquando propter peccata populi, aliquando propter probationem, vt maneficiant elei, & aliquando propter declarandam & ampiificandam gloriām & laudem nominis Dei, vt proficit audituris per interitum illorum cognoscisse omnipotentiam Dei, quod manifeste de illo Pharaone vox prædicar diuina In hoc ipsum (inquit) posui te vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in vniuersa terra. Quid aliud sana fides sentire debeat de illo satana, præfertim cum typus illius Pharaonē fuerit, quod omnis sancta Christi nouis ecclesia? Igitur & de illo rectissimē dicas, quia cum sciret creator illum malum futurum cum faceret, vel priusquam eum faceret, sicut videbat, ita & damnabar malum. Et vt in illo ostenderet fortitudinem suam, magnum, sapientem, speciosum (sicut iam superius ex Propheta demonstratum est) fecit eum, & tanta præ ceteris angelis illi contulit, qui malus sponte futurus erat, quanta nec Pharaonē, qui similes illi dicitur, præ ceteris hominibus habere potuit, qui priusquam in regem exercitaretur malus erat. Deniq; Pharaone aliquis homo in regno ipsius, & statura maior & sapientia capax, & forma pulchrior esse potuit. Illo autē satana nullus ex angelis altior, sapientior aut spes-

aut speciosior fuit. Nam (ut supra memoratum est) omne lignum paradisi Dei (ait Deus ipse per prophetam) non est assimilatum illi. Veruntamen quia loquitur dominus. Nunquid nos for- dinem corli, & pones rationem eius in terra? Nos super questione haec temperantes, cum Apo- holo dicamus. O altitudo diuinitarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilis lunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Ezech. 3. Rom. 11.

Vnde & quo diabolus projectus sit, quali de celo, quem iam tunc in inferno ceciderit.

CAPVT XXV.

Factum est quod videbat veritas, cecidit satanas. Vnde cecidit & de celo inquit. De celo utiq; non suo, sed domini, quia nec saltem in celo ceditus fuit, sed postquam conditus est, positus fuit in celo ab eo qui & column & ipsum condidit. Plana sicut homo non in paradiſo Gen. 1. factus fuit, sed postquam factus est, culti eum factor eius, & posuit eum in paradiſo voluptein. Sic & illum non in celo fecit, sed factum in celo posuit. Vnde cum præmisser, Aurum opus decorum tu, & foramina sua in die qua conditus es, preparata sunt, u Cherub extensus & pro- tegens. Tunc demū subiunxit, & posuit te in monte sancto Dei. Iure ergo de celo cecidisti, quia Ezeb. 28. quod datum sibi erat eccliam, rapinam arbitrarum est, & per humiliacionem non custodiuit. Vbi autem cecidit putas in terram? utiq; in terram. Veruntamen non tam, ut nūc videamus eam. Tunc enim terra inanis erat & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi, immo & ipsa terra Gen. 2. tegebatur aquis, nec a ceteris distinguita erat elementis, chaos erat magnum, quod illuc terrenum signatur, id est, non tantum unum elementum, quod prius aridam, & deinde tatem Deus appellauit, sed rora quartuor elementorum moles confusa. O ergo milerum, non tamen milerabilis. Quanta enim ex beatitudine, in quantam miseriā cecidisti, quantis ex diuitiis, in quantam pauperarem incidisti! Nihil hic nisi abyssum inuenisti, & tenebras super faciem abyssi. Non erant hinc regna mundi & gloria eorum, quae aliquando dominus Iesu ostendens, Si, in- Luke 4. quid, adoraueris me, haec omnia tibi dabo, quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Quid di- Matth. 4. co, regna mundi nondum erant! Sol & luna, stellæ & lumen, & cetera omnia, quæcumque die secundo, & deinceps facta sunt, nondum erant, sed ranrum (ut iam dictum est) chaos, & super faciem abyssi caligo tenebrae. Scendum quippe, tres esse celos, authoritate scripturarum. Primum & summum quod a principio creauit Deus, quod est inuisibilis patria beatorum spi- Celi tres. rituum. Infimum vero, aeternum istum qui eccliam dici coniuvit, vnde & diuntur volvenses caeli. Medium autem, firmamentum, quod die secundo Deus fecit, eccliamque appellauit. Hoc eccliam medium nondum erat eccliam, quando diabolus cecidit, sed erat factum eccliam illud inuisibilis Psalms. 23. le, quæ habitatio est sanctorum angelorum & hominum, semper lucens illis ex Dei visione. Et hoc infimum eccliam, scilicet aer, nihil habebat saltem corpore & lucis, sed tenebrae (inquit scri- Gene. 1. pepta) erant super faciem abyssi. Illud duo caeli, medium & infimum, comparatione illius tertii, terra sunt, quia terrenis conspicuntur oculis. Illud autem, quod terreni non conspicuntur oculi, Calum celli præsumuntur per gloriam resurrectionis, dicitur eccliam luxa illius Davidi- Psalms. 113. cum. Eccliam coeli domino, terram dedit filius hominum. Nonne ergo iam tunc vige in infer- Infernos num cecidit! Reuera, quamvis nondum in inferiorem missus sit. Iam iste locus, infernus est illi, respectu latitudinis illius domicilij sui quod dereliquerit, respectu principatus sui quem non fer- locus. uauit, & sub caligine tenetur vinculus aeternis, quemadmodum Iudas Apostolus in epistola sua dicit. Angelos vero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domici- Index. lium, & iudicium dies magni vinculis aeternis sub caligine releruauit. Petrus quoque apostolus, id ipsum confirmat his verbis. Sicut enim Deus angelis peccatis non pepercit, sed rudentibus 2. Petri. 2. Inferni detracitos in tartarum tradidit cruciando in iudicium referuari.

Quare diabolus, quare satanas, & quare spiritus eius demones appellati sunt.

CAPVT XXVI.

Restat igitur ex vocabulum fortius est, ut vocaretur diabolus, quod primus edidit per Diabolus. scripturam David, loquens in spiritu. Constitue super eum peccatorem, & diabolus sit et Psalms. 108. dexrris eius. Diabolus namq; hebraice deorsum fluit, sive clausus ergastulo interpretatur. Porro Satanas. vocabulum, de quo iam dictum est, scilicet satanas, quod interpretatur aduersarius, cuius propter causam nominis cecidit, & factus est diabolus antiquior, scriptura libri lob primitus edi- Job. 1. dit. Quodam (inquit) die cum venientem filii Dei, ut allitteraret coram domino, adiuit etiam inter eos satan, ex quo superbius excepit, ex eo satan est, scilicet Dei aduersarius, & ex quo propter eandem superbiem projectus cecidit, ex eo dicitur & est diabolus. Tunc namq; deorsum fluxit, & erga- lob. stulo clausus est, quia videlicet in grande chaos cecidit, longe a sublimitate Dei, & quasi in ergastulo tenetur, dum in aere depresso impossibile sentit esse, ut rursus ascendet illuc unde cecidit, immo futurum esse non ignorat, ut adhuc in inferno precipitur, tradaturque inferno inferiori, scilicet ad hoc in die iudicij referuari. Nec vero loco tantummodo deorum fluxit, sed etiam intentione

semper deorsum fluit. Semper enim vilissima quæc appetit, ram vilis nunc nebulo, quām gloriosus archangelus primum extitit. Quod perpendat qui potest, ex eo quod in scriptura sacra spiritus immundus nuncupari consuevit. Græcè quoq; diabolus idem sonat, quod Latinè eremitor suis accusator, & hic sensus veraciter illi congruit pro causa duplaci. Nā & omne crimen suum resert semper, & ab initio reutur in Deum, i.e. iustum, Deum vero audient dicere iustum, & ficta crimibus innocentiam accusas electorum. Vnde & in Apocalypsi angelica voce dicitur. Protegit eis accusator fratum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nosris die ac nocte. Angeli eius græcè daemons, id est, scienses dicuntur. Praesciunt enim multa futura, vnde & solent responsa dicere aliqua. Inest namq; illis cognitio rerū plus quam infirmitati humanae, partim subtiliori sensu a cumine, partim experiēta vita longissime, partim per Dei iustum angelica revelatione. Hi corporum aetereorum natura vigent. Ante transgressionem quidem cœlestia corpora gerebant, lapī vero (vt iam dictum est) per superbiam, in aeternam qualitatem conuersi sunt.

Quibus verbis nouem ordines angelorum, in prophetis figurati sunt, & quod mali spiritus ultra resurgere non possint.

CAPVT XXVII.

AT contra beati illi spiritus, qui in creatoris sui dilectione sua manerunt, & in veritate steterunt, venerabilibus ordinibus distincti, & splendidis nominibus merito sunt decorati, vt alij vocentur & sint angeli, alij archangeli, alij iheroni, alij dominations, alij principatus, alij potestates, alij virtutes, alij Cherubim, & alij Seraphim. Ipsi nouē ordines angelorum, lapides illi sunt preciosi, sardius, topasius, alpis, chrysoprasus, onix, berillus, saphirus, carbunculus & smaragdus, quorum vir foramina, sic & tunc preparata sunt, inquit, in die qua conditus es tu Cherub, extensus & protegens, sed non similiter vt isti, tu quoque in foraminibus tuis aur ligaturas receperisti, immo repulisti in manum auriculis sue artificis Dei. Qualis auri ligaturas receperunt? Aurum est verbum Dei, aurū illud, est spiritus oris domini. Illo auro sic sunt ligati lapides preciosi, lapides igniti, vt in aeternum sit in ordinibus suis, & nullus ex eis vincquam excidere posse. Hoc est quod psalmus canit. Verbo domini celis firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipsi sunt lapides, ipsi sunt coeli. Lapides, propter aeternā stabilitatem, immoq; aeternitatem. Coeli, propter inhabitantem in eis sanctam trinitatem. Hæc est iam victor pides diuini, quia contra principem malignitatis, ne cum illo caderent, sunt praeventi, & renni per ipsum verbum, per quod & fuerant conditi. Et raptor qui illos rapere nitebatur, comprehensus est, & ingentis ruine poenas dedit. Compleuit in his quod voluit verbi Deus, verbum quod dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux, & eodem verbo suo duxit Deus lucem & tenellas. Firmatus namq; est iudicium, & data est immutabilis iententia, vt diabolus & satanas lucis refuga nunquam amplius lux fieri, neque vilis apostatarum angelorum eius ad confortum lucis, id est, sanctorum angelorum ultra resurgat.

Falli eos, qui opinantur, angelos ante celum & terram creatos.

CAPVT XXVIII.

BREUITER nunc respondere libet quorundam opinioni, qui opinantur, quod antequam coelum & terra fuerint, statim fuerint angelii. Et quod aliud respondentum est, nisi quod huiusmodi opinio, nec scripturæ aliquis testimonium, nec nullum rationis habeat firmamentum. Non enim ita scriptum est. In principio creauit Deus angelos, sed, in principio creauit Deus celum & terram. Deinde paucis interpositis, Terra autem erat inanis & vacua, & tenebre erant super faciem abyssi, & spiritus Dei seribatur super aquas. Tunc denum subiunctum est. Dixit Deus. Fiat lux, & facta est lux. Lucem hanc, angelicæ esse naturam nonnulli doctorum, præcipue beatus Augustinus sentit, euip; sensu non solùm ratio, verum etiam, quod maius est, scriptura voluntas diligenter considerans valde cōsentit. Quod si quis dubitare voluerit, dicat ipse, cum locus extra coelum & terram nullus fuji, angelii qui yrpic locates sunt & circulcripti, quo in loco esse potuerint, si ante creationem coeli & terra fuerant conditi? Quod si queritur vnde sint facti, qui tam glorioli sunt & splendidi? Respondei utrumque potest, quod de aeris substantijs facti sint. Habent enim, & à doctoribus tacitum non est, eos habere corpora aerea, que tamen in sanctis angelis feliciter immutata sunt, vt dicantur & sint corpora celestia. Porro aequalitate angelorum, ab illa felicitate lapisi, rufus in aeternam qualitatem conuersi sunt, nec aeris illius puniora spatio, sed caliginosa illa renere sunt permisisti, qui eis quasi cancer est, vrp ad diem iudicij. Nonnullos forte hoc dicto contingit obviandi, purantes non conuenire angelorum dignitati, vt de aerea substantia dicantur vel credantur facti, cum tamen sicut micet teneant, vt necessarium est, verum corpus Christi de terrena substantia sumptum esse, quod super omnes angelos, & super omnes caros ascendit, & sedet nunc ad dexterā maiestatis in excelcis. Quis ait nesciat, terra molem sive substantiam elementum aeris multo grauiorem sive inferiorem, mul-

et que secundum rem esset Terra nanci ceterorum quædam sex elementorum est. Quis rursus nesciat genus humanum de limo terræ formatum, in resurrectione ad societatem & aequalitatem sanctorum peruenientium esse angelorum? Nam ex eadem massa Iesum Christum, unam cum verbo in beata trinitate personam, sedere & regnare super omnes choros angelorum. Nihil igitur poterit beatissimus angelus quis derogari, si dicatur facti esse de aere, dum tempore & dominum ipsorum, quem ipsi adorant, constet corpus habere de limo terra. Ad summum, ruina spirituum apostatarum, quo (vt iam dictum est) de celo in aerem modò lapilli sunt, eodem modo concubuit eos, quod natura de celo fuerit, sed aer inferiori Deus illic eos transfruerit, sicut hominem propter simile peccatum, sententia penitentiæ, in eis multo clementius comprehendit, scriptura dicente. Emissus eum dominus Deus de paradiso voluntatis, ut operaretur Gen. 3. terram, de qua lumperupit est. Aequum profecto iudicium, ut vterque, quia gratiam perdidit, in illud reiaceretur, unde existens initium sumptus. Hic in terram paradise dexterum, ille in aerem celo inferiorem. Veruntamen his nunc omisitis, in beatorum felicitate angelorum, primi humus libelli constitutus est finis.

Anzelos non ita creatos, ut proficere non posuerint, sed solum Deum absque profectis semper suis se perfectum.

CAPVT XXIX.

Firmati verbo domini coeli illi, nouemque (vt iam dictum est) ordinibus distincti, non partim profecerunt ad cognitionem creatoris sui, & eius per quod facti sunt verbis, & dilatatis corporibus charitate pleni, laudaverunt laude incancellabili tremendam fortitudinem eius, quam viscerant in iudicio & detectione tanti aduersarii. Nam profecti & proficere adhuc sanctos quoque angelos, constat in cognitione creatoris sui, testante Apostolo, qui cum præmissis inuestigabilis esse diuinitas Christi & dispensationem sacramentorum abecondit a seculis in Deo, qui omnia creauit, subiunxit atque ait. Ut innotescat principatus & potestatus in ecclesiis per ecclesiam multorum misericordia etiam vel ecclesiæ vel eum ecclesiæ Deus homo factus egit, sponsus pro sponsa, passus, mortuus, & resurgens a mortuis, superato principatu mortis. Innotescet deinde principatus & potestatus in ecclesiis multorum misericordia etiam Dei, sive dispensationem sacramentorum abecondit a seculis in Deo, qui omnia creauit, videlicet ita, ut admirantes in visu tante potentia, dicant. Quis est iste rex glorie? quis est iste rex glorie? sed de hoc alia. Nunc illud dicendum erat, quia non (vt nonnulli putant) tales creati sunt angeloi, ut creatis illis, continuo nihil decesseret omnis perfectionis, quia profecto solus creator est, qui abinde profectus perfectus semper fuisset vel esse credendum sit. Alioquin si ab inuicio creationis perfecti fuerunt angeloi, & nulli defuit eis, multis consiliarios in cæsternis operibus suis Deus habere posuit. Dicit autem scriptura prophetica. Quis adiutavit spiritum domini, aut quis consiliiarius eius fuit & ostendit illi. Apostoli quoque ait. Quoniam cognovit Ienitum dominum, aut Rom. 12. quoniam consiliarius eius fuit. Nimirum sicne id prole equitur, quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, solus creator scit & fecit omnia. Angeloi autem vbi a biplo creati sunt, & ceteris operibus predictatum admisi, qui bono & simplici oculo viderunt, & non auiderunt, sed laudaverunt sapientiam tanti artificis, ad eum amicitiam dignam fuisse proposita. Qui vero nequam habentes oculum, inuidenterunt & oderunt, justè repulsi, longèque luna remoti.

Angelos bonos, cognitos in detractione sarante fortitudine, in confirmatione sui bonitatis verbis Dei, in eternam sancte trinitatis laudem prorupisse.

CAPVT XXX

Svblato igitur, & terribiliter deturbato faciem suam diabolus cum angelis eius, continet profectum hunc sancti angelii habuerunt, ut nouam diuinam laudis laientes materiam, nouum inciperent canere canticum. Fortitudinem namque creatorum in magnæ creature detectione viderant, gloriam & misericordiam creatoris euilem in semetipsis agnouerant, qua sele, ne & ipsi corrueant praeventos fuissent non ignorant. Euilem quippe conditionis cum essent, sua in expeditione illorum salutem rei crucis, statimque tententum non leviter appendere potuerunt aut possunt. Laxata sunt foramina lapidum preciosorum, laxata & dilatata sunt, plusq; in semetipsis auri receperunt, grotisores atque fortiores insolubili auri ligaturas adulterunt, & ad creatorum suum æternum amorem attrici sunt. Ex eo laudantes atque sublantes tacere non possunt, sanctam trinitatem glorificant, silentium non habent, nec habebunt in sempiternis. Verè ergo beati, quia verbo domini sic firmati sunt, & spiritu oris eius sic firmata est omnis virtus eorum, ut nullius in quinque fastibiles tunc possent eventum. Hæc est victoria verbi Dei, demona in spiritu sancto iam tunc de celo ejicientis, quia sicut in ipso propositum fuerat, ita factum est, dum illi intellectuales ex illo eius in ipso sunt firmati, & in spiritu oris Dei.

FINIS LIBRI PRIMI.

B q RUPERTI

psalm. 37.

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE VICTORIA VERBI DEI,
LIBER SECUNDVS.

*Quid sit, quod dominus ad Ezechielem prophetam dixerit, Fils hominis, Ieua planetum
super regem Tyri.*

CAPUT I.



Ezecl. 28.

Nterea dum laudantium arque iubilantium pro victoria verbi Dei angelorum, mens humana contemplari nescitur, gaudium & exultatione, ecce auditis facit, non leuitatem attendendum verbum ipsius factum ad prophetam, & dices. Hoc dicit dominus Deus. Tu signaculum similitudinis eius, plenus sapientia, & perfectus decoro in deliciae paradisi Dei fuisti, &c. Magna & mira verbi domini disciplina cuius praecepit est, ut tanti aduersarij ruinam irrecuperabilem plangat propheta. Nam & in celo beatis spiritibus illis exultantibus pro ipsius verbi victoria planetum super eiusmodi creaturam leuare iubebat, pro eo quod in illa sua inuenta inquisias, & perdidisset iam verbum ipsum perditione sempererna. Nescit homo viuens quid laudantes & iubilantes die ante angelos, & si quis audiuit quicquid ex eorum dictis, non annuntiavit hominibus totum quod audiret, quia dicta illorum arcana sunt, & non licet ea homini loqui. Verum tamen postquam incarnationis id ipsum verbum per crucem & sanguinem suum, de eodem aduersario ruris triumphauit, iam non est cur debeat plangi, vel super eum planetum leuari. Antea vixit exercitus verbi Dei, vixtrix celorum milia omnis, sic impersecutum habere poterat gaudium, quomodo bello ciuium peracto, multisque eiibus perempti, pars vixtrix plenarium non potest triumphaliter vicitrix sua celebre rare tripudium. Habet enim quod plangat, quia videlicet hoc vel tamen ciuibus omisissis orbata ciuitas, diminuta est respub. Exemplum de sacra proferre libet historia.

3 Cor. 12.

*Quemadmodum filii Israel, deleta tribu Beniamin planxerant: ita & erisimile planxit
sanctos angelos, diminuto ciuium regni Dei numero.*

CAP. II.

Cum proscelere ciuitatis Gabaa, que erat in tribu Beniamin filiis Israel, commune contra filios Beniamin bellum suscepissent, arque semel & iterum frustra congregati, tertio tandem conflicitu ita vicissent & intersecesserent eos, ut non remanerentur ex eis, nisi sexcenti viri, venerante omnes in domum Dei in Silo, & in conspectu eius sedentes, vixit ad vesperam leuauerunt vocem, & magno vibratore exsperperant flere, dicentes. Quare domine Deus Israel, factum est hoc malum in populo tuo, ut hodie una tribus auferretur ex nobis. Rurisq; altera die consurgentes, & holocausto domino effervescent, flebant & dicebant: Ablate eis una tribus de Israel. Non utique poenicebat eos, quod fratres suos vicissent & occidissent iure praetexti, sed quod causa vel malum accidisset, propriez quod sic oportuerit fieri. Venitq; inter ipsum placatum, dum consilii quare rerent qualiter ablatam possint recuperare tribum, dixerunt. Quis non ascendit in exercitum domini de vniuersis tribibus Israeli? Et ecce inveniunt sunt habitatores labes Galad in illo exercitu non fuisse. Misericordia itaq; decem milia viros robustissimos, & praeceperunt eis, ut & percutire habitatores Galad labes in ore gladii, tam vxores quia parvulos eorum, & tantum virginis referuntur. Sicut distum, sic factum est. Non ergo fleuerunt, quod vnatribum delebuerint, sed quod causa evenisset eis ita facere meritum debuissent. Luxurians similitudinem non abiurde vel incongrue credi potest, priores sanctos fecisse angelos id quod facere iubetur homo propheta, & verbi Dei auditor, scilicet leuasse planetum super illum regem Tyri, id est, principem huius mundi. Ita vi gaudenter quidem, illo dierecto factam esse concordiam iubilimibus Dei, sed dolerent immunitam esse ciuitatem supernam, paucioresq; esse ciues regni Dei.

Quare filius hominis iubeat plangere principem Tyri.

CAPUT III.

Causa simili, & si non prouersa eadem, erat prophetæ vel cuiuslibet homini, ut leuaret planctura super lapsum primi hominis. Eo namque per prævaricationem labente, non parti aliquantum derrimum sed totius massa, totius generis humani constat euensis interitum, ergo & hoc facere debuit, & facere iussa est prophetæ, scilicet leuare planetum, siue assumere lamentum super genus humanum, dum dicitur illi. Tu ergo fili hominis assume super Tyris lamentum, & dices Tyro, que habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas. O Tyre, tu dixisti, perfecti decoris ego sum, &c. Tyros namq; genus humanum, vel præfens designat seculum, non solum propter istum & circumfluentiam aquarum, abundantiamque negotiationum, verum etiam propter sui nominis interpretationem. Interpretatur enim angustia. Ergo est humani generis præfens vita, nisi misera angustia, & angusta miseria. Porro ut leuares

planetum

Ezecl. 27.
Tyros.

planctum super regem Tyri, id est, dia bolus, principem huius seculi, non eadem fuit causa homini qua in sulle iam dictum est sancti & beatis angelis. Curo ergo illum plangere subetur dicens. Fili hominis leua planctum super regem Tyri: Quomodo plangere illi, cuius rufa non hominum, sed angelorum multitudines diminuit: Hominibus autem mansiones in celistibus ad quas ascendere, & quas possidere possint cadendo vacuas reliquit plane, non oculis haec inquisicio, & non inutiliter solvi potest. Quod ut planctus sit, videndum prius est, quis vel qualis ille planctus sit, de quo curate decas Dei dicens. Filii hominis leua planctum, planctus iste humilitas mentis & confractio cordis est, considerantis & videntes opera domini, quia terribilis sit Psalm. 75. in consilio, non solum super filios hominum, verum etiam super ordines angelorum. Ille reuera vnde plangit, ille plane rationabilem leuam super regem Tyri, qui contrito corde, & lumen spiritu scrutatur, & perpendit quid sibi faciemur in puluere & cineri, cum ille summus angelus tam magnus, tam sapiens, tam speciosus, tam terribiliter projectus sit, pro eo quod creator suus subditus esse notuit, tamque vilis, tam factus, tam deformis sit effectus, ut luxa veritatem propheticas. Omnes qui viderint eum, obstante presentem super eo. Quia nihil factus est, & non erit in perpetuum. Ezech. 28. Qui haec perpendunt humilitatem animam suam sub potentem manu Dei, vera humilitate, Luke 4. vero humilitatem spiritu, qui ubi eorū terigit, utique excitat inenarrabilis genitus. Ille reuera plane leuavit super regem Tyri, condolens libenter, quod vel de imitatione eius aliquid animum admisit, vel quod sibi poterit, ut admittat si nondum admisit. Ad hoc pertinet quod Psalmista dicit. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, & quicquid huius simile per Psalm. 2. sonat in scripturis sanctis, per quod commonetur homo, ut vigilans & valde sollicitus sit, ne in Tunc. 3. quando in superbum elatus in iudicium incidat diabolus.

Soli Deo notum fuisse mysterium verbi incarnandi, per quod restituendum esset
numerus cimicorum Dei,

CAPVT IIII.

Et quidem sancti angeli detinuntur ut lam dictum est, ut multitudinem plangere poterant in spiritu pietatis. Deus autem apud se in verbo suo, in quo vita erat quicquid factum est, lamdictum dum habebat & videbat quid esset luctus, ad gloriam & laudem nominis sui. Solus ipse noster erat, & cunctis angelis absconditus erat, quemadmodum apostolus cum vidisset, quae sic dispelta fera rem, addidit absconditi a seculis in Deo, qui omnia creauit, ut innotescat principatus & potestib[us] in celistibus per ecclesiastis multiformis laetitia, plenaria. Quid erat absconditus, vel quale erat illud sacramentum? Nimirum ut summae benevolentiae largitas, largissima creatoris benevolentia, de inope & abiecta terra materia, que tunc sub aquis latebat gloriosam & angelicam claritatem confinxit aderat creatura, & vni per sonum ex multitudine eiusdem creaturarum sua dare potestit & honorem & regnum, nihilque minus haberet creatura ipsa, quia ipse creator omnium, totumque Reipublicam obtineret imperium. Ut etiam magnum pietatis sacramentum, quod tunc quidem (ut dictum est) absconditur, nunc autem manifestum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatus est gentibus, creditus est mundo, assumptus est in gloriam. Nota est persona illa, quia non solummodo creature, sed etiam creator est, id est, non solummodo homo, sed etiam Deus est. Celsitudo Esaie 14. dñe illa diabolus per superbia ambire presumpsit, dicendo. Ascenda super altitudinem nubium, & simili ero altissimo. At ille feliciter aliusquis tantam presumptionem repulit & damnavit, non quod cande sua celitudinem rapina arbitraretur, cuperetque gloriari solus, sed quod felix creatura non posse humiliare fuisse tanta felicitatis pondus, nisi creatura ipsa sic affumeretur, ut salua vniuersitate personarum esset etiam creator. I. Deus. Res tanta (mirabilis ingratiprecio decessata), tandem ad effectum peruenit, viatio & eosu[m] diabolo, q[uod] per audacissimam impudentiam scriperit nisi est auertere propositum Dei. Et haec est victoria verbi Dei, cuius praedicare triumphi praeiens opus incedit. &c.

Conduo mundo factum hominem, propter quem diabolus contra verbum Dei certamen arripuit.

CAPVT V.

Quid longius morem possumus est locus certaminis, & factus est homo legitimam possessionem Dei, Gene. 2. & causa totius certaminis hoc modo positus est. Dixit Deus, fiat firmamentum, & factus est firmamentum in medio aquarum, divisaque aquas que erant sub firmamento, ab his que erant super firmamentum, dixitque Deus. Congregentur aquae que sub celo sunt in locum unum, & appareat arida. Factumque est ita. Ita partibus tribus, scilicet firmamento, id est, celo, & congregationibus aquarum, id est, mari, & terra, id est, terra, locus effectus est, scilicet hic mundus, & deinde ornatus est, ita ut recte vocetur cosmos in Graeco, quod ornatum sonat in Latino. Dixit enim Deus. Germinet terra, &c. & germinauit herba viriditer, & afferente semeni iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque semen secundum species suam. Dixit Deus. Fiant lumina in firmamento celorum, & factum est ita. Dixit Deus. Producant aquas, & produixerunt reptilia animalia viventia, & volatiles super terram, sub firmamento celorum. Dixit Deus. Producant terra animalia viventia in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terrae, secundum species suas, & factum est ita. Ut tandem esset homo, qui (ut dictum est) possesso Dei totius certaminis est causa, non

B iiij dixit

in quoque enim die comedet ex eo, morte morieris, debuit adesse fidem hominis, ut crederet verbo Dei, tanquam veritati. Hæc ergo tria si non deficiunt homini, tam tunc factus fuisset ad similitudinem Dei, quoniam in his tribus haberet, signaculum trinitatis.

Diabolum serpentem ingressum, decepto homine, mernisse, ut iam dicatur serpens antiquus.

CAP. VIII.

EGIT contra ille hostis Dei, ut non recuperet homo præcepit Dei, ut sibi potius quam Deo serpens ^{an-} fieret homo similis. Serpentem namque ingressus: Cur (inquit ad mulierem) præcepit vos nubes. ^{ut} Deus, ut ne comederetis de omni ligno paradisi? At illa, Ne fortes (inquit) moriamur. Et Gene. 3. alle. Nequaquam (ait) morte moriemini. Sed cur præcepit vultus melius nosse cur ita præcepere? Ecce dico vobis. Scit enim Deus, quid in quounque die coedentis ex eo, aperient oculi vestri, & eritis sicut di, scientes bonum & malum. Credidit mulier magis diabolo, quam Deo, magna serpenti quanto creatori, & ambo comederunt, scilicet mulier & vir. Itaque similitudinem dei perdiderunt, & ei potius facti sunt similes cui crediderunt, quia simile peccatum admissetur. Propter quod enim peccarum ille cecidit de celo, nisi quia dixit. Ascendam in celum, & similiis ero altissimus. Quid autem aliud in prævaricatione illis præsumere persuasit, dicendo. Comedit, & eritis sicut di! Igitur quasi palmae de nomine obtinuerat aduersarius Dei, & magna Esaie 14. fide gloriabatur, quasi vice illi & auerteret penitus propositum Dei, uestra dicens in corde tuo. Non Deus ad similitudinem suam, sed ego effectus hominem ad similitudinem meam. Ex eo qui prius causas habuerat, ut vocaretur diabolus & satanas, iam tertiam habet causam, ut adhuc alio nomine vocetur, scilicet, serpens antiquus. Hoc est illi opprobrium sempiternum, quod talis nomine censetur. Hoc illi exprobarat verbum Dei, Dei veritas, quia pro admittendo talis sacrilegio serpentem ingressus est, venenata totus ardens inuidia. Qui enim hoc intendens cum suis, et summis angelis, abiectum reptile ingressus est, ut suum mendacium deserpte in mulierem, de muliere in virum serpere faceret, ad perditionem rotius posteriatur, ad mortem totius generis humani, nonne merito nomen serpens haerediterit?

Quare diabolus serpens antiquus, Deus autem antiquus dierum appellatur, atque praedicitur.

CAPVT IX.

NEC vero priuatem, quod non solummodo serpens, verum & cum adiunctione serpens antiquus cognominatur. Recte liquidem sit praedicatur, quia multo vetustior est serpente illo visibilis animante sive reptili, quem ingressus, & per quem locutus venenum deceptionis effudit. Ille namque sexta die mundanus creationis inter animantia cætera creature est, dicente Deo. Producat terra animam viventem in genere suo, iumenta, reptilia, & bestias terrenas secundum species suas. At ipse videlicet diabolus quia verius est ipse est principium viorum Dei, ait ipse Deus ad beatum lob: Multum ergo antiquus ille serpens est. Attamen non sic ^{lib. 40.} praedicatur, vel praedicari debet antiquus, quo modo Deus. Ille nique solus sit praedicatur antiquus, ut hoc ipsum adiectiu[m] vice proprii nominis ponatur, ut illic Aspicebam donec throni politi sunt, & antiquus dierum edit. Item, Et ecce in nubibus celo quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit. Huiusmodi dictio per tropum ponitur, quia grammaria Antonomaria dicitur, videlicet cum vice nominis, aliud quid insigniter praedicatur. ^{Dani. 7.} Igitur serpens antiquus quidem, & ab initio nocens & perlequens. Antiquus (in quaenam) adiectiu[m] p[ro]ficitur. Solus autem Deus, quia ab aeterno & in aeternum est, quia sine initio, & sine fine est, propriè vel proprii nominis vice, antiquus dierum gloriole praedicetur. Talis vitor, ut libi videatur, quemque & quinam congruum sive vitorum acquisiuit titulum: ut vocaretur extrema serpens antiquus, & diabolus & satanas, contra quod Deus dicitur & est solus antiquus dierum, & solus altissimus, & solum verbum eius veritas.

Diabolum (cum deciperet hominem) yfelsum frandibus, quibus nunc Sophistica dicitur.

CAPVT X.

PORRO, victoria eius in qua gloribatur (ut iam dictum est) talis erat, qualis odibillum Sophistica. phistarum ille solet. Nam per sequiuocationes, incatos & imprudentes circumuenit in primis, dicendo. Nequaquam morte moriemini, volens intelligi mortem carnis, quia est separatio animæ & corporis, cum Deus dicendo. In quounque die commederis ex eo, morte morieris. ^{Antiquus.} intelligi volueris mortem animæ à Deo. Deinde dicendo, Aperiatur oculi vestri, aperiendum oculorum valde nequiter sequiuocauit. Est enim alia aperio oculorum, quæ cognituri erit consensibler se esse nudos. Et est alia, quæ illuminatio dicitur, ut nihil latere possit. Illum priorem modum aperiens oculorum ille proditor intendit, hunc autem posteriorem, seducta mulier intellexit. Similiter sequiuocé dixit. Eritis sicut di, & tuos angelos cogitans, quos intendebat ^{Aperire.} generi humano ita ingerere, ut diuinam illi exhiberent culturam. Ipsi agit intelligere volens, quod æquè vi creator Deus vera diuinitate disserent. Item dicendo, Sciens bonum & malum Gene. 3.

B iiii boni

boni & mali cogitabat experimentum. Ipsorum autem volebat intelligere, scientiam omnium rerum bonarum illius malarum, scientiam omnium, inquam, sive præteriorum, sive præsentium, sive futurorum. Ideciridicere nolunt, scientes omnia, sed scientes inquit, bonum & malum, ut dum cuncta etenim contra spem, sensumque illorum, ipse nihilominus seipsum defendere posset, tanquam veracem, & omnia vera locutum. Recte igitur sapientia. Qui sophisticè (inquit) loquitur odibilis est, omni re defraudatus est. Non enim data est illi à domino gratia. omni enim sapientia defraudatus est. Cum hoc dicit, recte subauditus, quemadmodum ille serpens arruus, qui vere omni scientia defraudatus est. Sic in eum per prophetam inter cetera dicitur. Perdidisti sapientiam tuam in decoro tuo. Sic enim qui quis eiulipodi est, ipse similiter quemadmodum ille serpens omni est sapientia defraudatus, nec vere dici potest sapientia, sed maliciosus.

*F*ominem non ex ignorantia, non ex infirmitate, sed ex superbio peccasse.

CAPUT XI.

NEC verbo tantummodo de victoria gloriabatur, verum etiam de iustitia, sive de iusta Victoria sibi metu placebat, Dei & hominis inimicius nimirum intulit. Neque enim iniuriam, sed volentem hominem viceras. Denique neque de ignorantia, nec de infirmitate homo excusari poterat. Quomodo de ignorantia excusatur, cui tempore semetipsum non fecerat Deus? Quomodo de infirmitate, quia nulla corporis vel carnis sua pugnas patiebatur? Ne scilicet currit, sufficere poterant cetera omnia paradisi ligna, que grata largitoris abundantiter vno excepto tribuerant. Ex omni (inquietu) ligno paradisi comedere, de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. Refiat vir per superbiū & contemptum peccasse credatur, nolendo, scilicet patimperium, nolendo recognoscere quid evades quoniam crearem & tam delicioli paradisi habebat largiore, deberet habere etiam preceptorem & dominum. Ita esse litera quoque manifeste declarat. Cum enim dixisset dominus Deus ad mulierem. Quare hoc scies? nullum subiectiōnis aut humilitatis verbo responderet, sed hoc tantum dixit: derpēs decepit me, & comedit. Adam quoque nihil aliud responderet, nisi hoc: Mulier, quam dedidi mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedit, profecto responsa hore non consentientium dominino, haud & lumen illum, sed rebellium sunt & contumaciam. Pali enim faciunt dicta hæc, quia non quasi per vim capti, sed quasi transfigurati defecerant ab imperio legitimi domini, & creatoris sui. Igitur quodam quidem iure genus humanum, peruersi hostii extincō detinebatur, sed nihilominus in ipsum tota perditoris hominum causa redundat. Nec verius iusta luit eius Victoria, quam si fuldem inuidentia callida malitia, & maliciosa caliditas.

*N*on Dei prouidentiam culpandam, sed creaturæ levitatem accusandam, quum consideratur, tam angelum quam hominem non potuisse sustinere magnitudinem diuinę beneficentia, ne superbiaret.

CAP. XII.

Disceperant nunc viisque homines cui iosi, & inquieti secretorum Dei scrutatores nimili, scrutatores suscipiōsi, quare inquit, Deus omnipotens & Deus omnia sciens, non prævenit, non præcauit, ne illa contingenteret. Si voluit angelum in celo, & hominem permanentem in paradiiso, cur non prævidit, cur non prius effecit, ne vel angelus in celo, vel homo peccaret in paradiso? O homo quisquis es, qui versas quationes huiusmodi, definie sic pulsare altitudinem maiestatis creatricis, magisque pulsia & accusa levitatem utriusque creaturæ rationalis, scilicet tam angelis quam hominibus, quia neuter ingentia Dei beneficia sustinuit, uterque grandia Dei dona in materiam vertit superbiendi. Quid enim nisi bonus creatoris donum in superbiam extulit, tam hominem quam angelum. Illud in apice celitudinis angelicæ constitutum, istum patrem multitudinis hominum, multitudinis sanctorum, & Dei filiorum esse volens, in paradise collocauit. Nimirum magna verisq; celitudo, illius in principatu angelico, istius in propagando genere humano. Neuter pondus tanti honoris humiliiter ferre posuit, neptote vero & creatura leuis. Vnde autem levitas veriusque creatura, nisi ex propria conditione? Erat vt manus eius dictum sit, vnde verque leuis, nisi quia de nihilo vel de non existentibus creatuæ dicatur. Creatus quidem est homo de aliqua materia, sed de terra, sed ipsa terra de nihilo creata. Similiter angelus de qualunque materia creatus sit, ipsa eius materia de nihilo creata est, quia ergo tam angelus quam homo de nihilo creatus, creatura leuis est, & nisi ipsum, per quod creata est verbum domini, verbum increatum per amorem suscipiat, nullus ponderis est: nullum Dei donum, sive beneficium ferre potest humiliiter. Quid ergo homo Deum accusat, si cuncta dona sua creaturæ subtrahit, nihilque consert, ne habeat occasionem superbiedi ipsa creatura, sive angelica sive humana quid erit? Si autem omnia vni, quae cunctæ creaturae consenserat, non supportar creatura per elationem subuerit. Ecce comprobatur est ex duobus, felices ex summo angelo & ex homine, qui prior conditus, & pater omnium fuit constitutus, quia principiarum omnium nullus humiliiter ferre potest, nisi Deus increatus.

Vtile fuisse, ut renelaretur per experientiam, quod nouerat Deus per scientiam, scilicet non posse principatum creaturarum humiliter sustineri, nisi a verbo incarnato.

CAPVT XIII.

Comprobatum (inquam) est, hoc notum esse valde tam angelis quam hominibus electis utile esse. Dicit enim Apostolus. Scimus autem, quoniam diligentibus Dei omnia cooperatur illis. In bonis Profecto non parua cooperatio eis bonum res gesta, per quam ad cognitionem creatoris eruditur & erudiuntur usque nunc. Scimus enim, & adhuc discimus recolendo ista, quam nunquam obliuisci debemus, quia necessarium fuit, ut neque angelus, neq; homo quisquam principatus totius creaturæ adipiceretur, sed solum Deus ipse, qui veterum dicere potest. Discite a me, quia misericordia sum, & humilis corde. Planè & cum angelum summum in celo, & cum protoplatum colligat in paradiso, illum super caeteros angelos, sicut ut humani generis esset unus propagator sciebat apud id, neutrum posse in talis disciplina magister praesidere, ut diceret. Discite a me, quia misericordia sum, & humilis cordis. Sciebat (inquit) sed non eo modo quo seire vult, de quibus iudicatio debet profere sententia. Exempli gratia, Sciebat quale peccatum esset Sodome & Gomorrha, & tamen dicebat. Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit a me opere compleuerint, an non est ita, ut sciām. Ergo modo quodam nouerat, scilicet per scientiam: modo quodam nondum nouerat, videlicet per experimentum. Ia & anquam angelum sublimaret in celo, & humani generis propagatore in paradyso, nouerat iam vtrunque per scientiam, sed nondum per experimentum. Noluit ante experimentum profere iudicium, expectans vi nosse suorum particeps electos haberet, tam homines quam angelos, quod ab experimento actuum est, & utriusque perutile est. Sed iam ad ipsum certam & visitiorum verbi Dei secundum res gestas recolendam ordinis accedendum est:

Denuo quasi dormiisse, dum deciperet hominem serpens, deinde excutatum, tanquam potentem carpulatum a uno percussisse inimicos suos. CAP. XIV.

Paululum quasi dormiaverat dominus Deus, quodammodo dormierat, interim dum res acedit, quia le serpens ille videntem esse, id est, propositum Dei auertere putabat. Nisi enim dormisset ille dormieret, nihil austerius eius efficere posset. Hoc ipsum videlicet cum dormisse dorinatione quadam, propter quam solemus dicere, Exurge, quare obdormis domine & scriptura innuit, cum dicit: Et cum audirent vocem domini Dei ambulatis in paradyso ad auram post meridiem. Post meridiem namque deambulare ad auram, conuenientius humanaque est, ut post calidum soporem quippe qui sortiē etiupulus obdormierat in aura tepida respire, & corpus suum refrigeret ac teleut. Dormierat ergo quadam dormitione, id est iacturitate, permettendo serpenti accedere, mulierem colloqui cum serpentem, virum quoque mori pati per inobedientiam morte animar. Porro ut sic docuerit Deus, culpa hominis extitit, quia Deus neque gratias agendo, neque inuocando excutitur. Quid igitur a diabolofaciū fuerat, nisi quod dam laicinū quomodo gloriari solet fur cū futuus tecelerit, sic ille deceptor ad horā gloriani proscelere suo posuit. Verum sicut tempore longe posterius factum, & scriptum est. Et excaecatus est, tanquam dormiens dominus, tanquam potens etiupulus a vino, & percutitus intemperis suos. Ita & de illo tempore reclē dici potest excitarus enim ei tunc, tanquam potens etiupulus a vino, id est, tanquam negligens factus hominis propter auctum superbiz, quia Deo fieri simile ambierat homo. Excitatus (inquam) est, id est, regnauit perdiuum, & percutitus inimicos suos, videlicet serpentem, virum, & mulierem. Quo percutitus est. Nam verbo suo, verbo viscerale, singulis quidem pro meritis, sed non eadem animaduictione percutiit. Nam quomodo percutiit quis inimicum suum ut in ecclesia illum, ita percutiit serpentem aliquum ut damnaret, imo ut damnacionis sententiam confirmaret super eum. Et quomodo percutit quis filium, vel seruum suum, ut corrumpat eum, ita percutiit superbientem hominem, ut ad humilitatem, quae iniuriam salutis est, reduceret eum.

Quibus verbis, & quare serpente, ira, & muliere increpauerunt Deus. CAP. XV.

Att enim ad serpensem, quia fecisti hoc, maledictus es eris in iher omnia animantia terra, suis perpectus tuum gradieris, & iteram comedes cunctis diebus vita tua. Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erunas tuas, & concepius tuos. In dolore partus filios tuos, & sub variis potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adae vero dixit. Maledicta terrena in opere tuo, in laboribus comedes eam, &c. v. q. Donec teuerteris in iher omnia quas sumpus es, quia puluis es & in pulu- rem reuertaris. Profecto neque mulieri maledicta es, neq; vito maledicta es, dixit: sed tantum hoc, maledicta terra in opere tuo. Cuius videlicet terrena maledictio non aliud est quam multa modis & frequens afflictio, quam per varios eventus terre ex eo corrupta & deteriorata affligitur homo. Soli serpenti dixit, maledictus es, quo videlicet dicto, firma & immutabilis intelligi.

Gen. 3.

Psal. 77.

Gen. 3.

Maledictio

1074.

intelligenda est sententia eternae damnationis, quamvis enim ira litera sonet, ut de animante serpente possit intelligi, nihilominus tamen & multo amplius de serpente diabolo totum operi et intelligi. Alioquin quomodo pro maledicto vel poena maledicti reputabitur illi, quod diabolus est ei. Super pectus tuum gradieris, cum hoc ipsum prius a natura habuerit, quam diabolus eo vius fuit ad perditionem hominis. Magis ergo illi serpentis antiquo hoc positiu est in maledicto, ut supra pectus suum gradiatu, & terram comedat cunctis diebus, id est, ut super haec minera eis rancum, qui ita terra sunt, ut non desiderent, aut respiciant eum, quia et & deuoret odio infinitibili, cor de impuniti, ita datus in reproborum sensum, ut contra intentionem suam, semper bonum Dei circa electos, dum impeditre nescit, magis expediatur, & adiuveret propulsum. Quod est mero modo gradus super pectus proprium. Porro ad mulierem & ad virum quaeunque dicta sunt, etiam ipsa mors corporis, quam imponens misericors Deus, quia puluis eam, & in puluorem reverteretur, verba sunt corripientis & saluare cupientis, & iam runc viae hominis auersi, serpentis spinis, ut faltem sola vexatio det intellectum auditum, memoremque faciat hominem suam conditionem, ut humiliatus corrigit possit & saluari.

Quare prima promissio concerendi serpentis, qua fuit caput dictorii verbi, non ad mulierem, sed ad serpentem facta sit:

CAP. XVI.

Genc. 3. Capitulum distillimus quod maximum est, & maximè ad præsentis operis rationem pertinet, videlicet illud, quod ad serpentem post alia supra memorata dixit Deus. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu infidaberis calcaneo eius. Quid primum in hoc verbo gratiosa fides infretur & quid potissimum collaudetur Verbi veritatem, an verbi & patris eius bonitatem? Utrumque collaudetur, utrumque dignè prædicare desideret, quia verè magna bonitate licet elocutus est, magna & constans veritate locutio eius adimplerat est. Inimicitias, inquit, ponam inter te & mulierem, tanquam dicere. Nunc mulier simul & viri tibi foderati sunt, tecumque fecerunt paucum, et cum morte fœdus percusserunt, ut pote, quia à facie mea profugi atque abconditi, dum requiruntur à me, quare hoc fecerint, contemnerem vocem commonenies, & defendendo peccatum suum palam faciunt, quia tibi faveant, tibi confidentes cui amici sunt. Ego autem huiusmodi a inimicis dissipatum, inter te & mulierem inimicitias ponam. Cum hoc ad ipsam mulierem non dixit? Poterat namque vbi dixit mulierem, multiplicabo ærumnas tuas & conceptrus tuas, &c. hoc ipsum sic ad eandem dicere. Inimicitias ponam inter te & serpentem, & semen tuum & semen illius, eum ergo non discire. Nil mirum duplice ob ea causa: primum, quia propter peccatum & peccati defensionem hoc mulier non merebatur, ut iam runc ad eam promissiones tales, promissiones tantæ gratiae faceret Deus. Deinde quia non adipiscit Euam, sed ad alteram eiusdem sexus personam, videlicet ad beatam virginem Mariam intendebat ipse qui loquebatur. Rechè igitur non ad mulierem male meritam facta est auxiliariæ gratia promissio, sed potius ad serpentem hostilis & bellicosa connotatio. Quid autem hoc dicit Deus, nisi semetipsum in propria suo manu velle testabatur. Serpens namque infidibatur, ne fieret quod proposuerat Deus, dicens faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Viciisse, & ioc propositum se auertisse gloriabatur. Deus autem eiusdem propositi sui victoriam in potestate habens serpentem cōminabatur.

Per mulierem & semen illius intelligi quidem omnes electos, precipue tamen beatam virginem Mariam, & semen eius, qui Christus est, sicut per semen serpentis, eoque sunt ex patre diabolo intelligimus.

CAP. XVII.

Gene. 3. Quidem principalius beata virgo Maria, Mulier illa est, inter quam & serpentem inimicitias politurum se dixit, & posuit Deus: & semen illius, filius est ipsius, Iesus Christus. Verumtamen quoniam mulier, vniuersale sacerdotie sexus nomen est, omnes per mulierem intelligimus personas electas sacerdotie sexus, & per semen mulieris omnes personas electas virilis sexus, quarum omnium videlicet personarū veriusque sexus Iesus Christus, cum eadem ex qua factus est muliere, princeps & caput est. Quod si ratio queritur, cur per semen mulieris personæ intelligi debeat sacerdotie virilis. Aliud, quid de natura scripserunt, ex paterno semine puellas, & ex materno pueros nasci, quia duplicitate constat omnis partus culus maior pars inualuerit, ocecupat similitudinem sexus, igitur cum dicit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, omnes electos, tam sacerdotie quam virilis sexus, per mulierem & semen illius intelligimus, & econtra. Sicut per serpentem diabolus, ita & per semen serpentis omnes iniqui & maligni homines imitatores eius recte intelliguntur, sicut neminem generat aut creaverit ille. Nam si iniqui & impi homines, serpentis, id est, diabolus semen non effent: nequaquam dominus diceret iudicis. Et vos quæ vidistis apud patrem vestrum factis. Itemque vos faciatis opera patris vestri, profecto diabolum volens intelligi.

Sequitur

Sequitur enim protinus ia eodem sermone. Vos expatte diabolo estis, & desideria patris vestri vultus facere. Borum qui tam constanter dicuntur semen serpētis, id est, sili diaboli, causa vna nascerentur peccatum existit, dicens Deo ad mulierem, quis peccauit consentiens diabolo, Multiplicabo eritas tuas & cōceptus tuos. Porro illorū quā intelligunt per semē mulieris, causa scriptū est. Masculū & feminā creavit eos, benedixit illis, & ait, Crescite & multiplicáte mēni, Gene. 1. Gene. 1.

Hanc inimicitiam caput & inīsum fuisse bellorum domini, & quod sacra scriptura dicitur liber bellorum domini, & liber in foro. CAP. XVIII.

Capitulum hoc initium est libri bellorum domini, cuius Moyses hoc modo meminīt. Si quidem Arnon, ait, terminus est Moab diuidens Moabitas & Amorræos, unde dicitur in libro bellorum domini. Sic fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arno. Quis enim est ille liber bellorum domini, vel quo sunt bella domini? Constat nimis ante ipsam, in qua hoc scriptum est, legem Moyis, nullos fuisse materiales, vel manu scriptos libros bellorum domini, sed nec villa nouimus bella alia domini, nisi illa, quibus extēne potis inimicitiis inter mulierem & serpentem, Inter semen mulieris & semen serpētis hæc tenet certatum est, & certabitur vsque in finem seculi. Et conteritur est caput serpētis, & idē videntibus cunctis precipitabitur in die iudicii, que vicit oria est verbi Dei. Ergo liber bellorum domini vniuersa sancta scriptura est, cuius partem precipuam, scilicet pentateuchon Moyse ipse scripsit, & exatra volumina sacra veteris ac noui testamenti scribenda esse non ignorauit, cum esset propheta, qualis ultra non surrexit in Israhel, sicut de illo scriptum est. Quem noster dominus facie ad faciem in omnibus signis accepientis. Et quis dubitet librum eiusmodi, scilicet sacram scripturam, librum esse vel recte dicit bellorum domini? Quid enim aliud concuerit vel agitur in scripturis sanctis, nisi bellum & certamen verbi Dei ad destructionem peccati & mortis. Dicitur autem eadem scriptura sacra, liber iustoru[m], Scriptum est enim, Planxit autem David planctum super Saul, & super Iona than illum eius, & præcepit ut docerent filios Iuda areum, sicut scriptum est in libro iustorum. Idem enim est ac si dicatur, Quomodo malè pugnatum fuerat propter Saul, quia verbum domini non custodierat, præcepit ut docerent filios Iuda, In quo sperare deberent bellii horricundinē, quia intelligitur per arcum, id est, ut sic pugnare & victoriam sperare discerent, sicut docet omnis liber iustoru[m], omnis textus scripturarū sanctarū. Igitur ab hoc initio libri iustorum, libri bellorum domini, quo sicut Deus edidit, inimicitias ponā inter te & mulierem, & semē tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. Ab hoc, inquam, initio tanquam de monte excelso virtutem contempletur verbi dei, descendenter velut in campi planiciem aduersus malitiam sine mendacium diaboli serpētis antiqui, qualiter pugnauerit, qualiter vicevit atque triumphauerit, ut completo propposito suo, in quo bene dicem primis hominibus in constitutione mundi, dicat tandem: Venite benedicti patris mei, pollicide paratus vobis regnum à constitutione mundi. Matt. 3.

Inter Cam semen serpētis, & Abel semen benedictionis, dominum statim inimicitias posuisse, & Abel militariam verbi sua morte figurasse. CAP. XIX.

Primum serpētis semen exitit Cain. Hinc Ioannes in epistola sua. Non, inquit, sicut Cain qui ex maligno erat serpētis, ergo semen erat, videlicet imitator inuidiz, non natura. Porro semen mulieris, semen benedictionis Dei, primus exitit Abel. Semen autē mulieris dico, quia fuit non ex peccato, propter quod mulieris datum est, Multiplicabo eritas tuas & contemptus tuos, sed ex bono benedictionis, qua ante peccatum benedicendo & dicendo, Crefete & multiplicamini, nasci iussit omnes sanctos. Inter hoc semen mulieris, & illud semen serpētis, Deus memor propositi sui, statim inimicitias posuit. Inimicitiarum principium illud extitit, quod à semperis dissenserunt studiis diuersis, immo contraria. Cain namq[ue] infidelis & agridola extitit, Abel fidelis & pastor ouis suis, de quo Apostolus, Fide, inquit, plurimū hostiū Abel quam Cain obulit Deo, per quam testimoniorum confectus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo. Eo nimis in modo maximē Deus inimicitias posuit inter eos, videlicet muneribus, Abel testimonium perlubendo. Sic enim scriptum est, Et respexit dominus ad Abel & munera eius, ad Cain vero & ad munera illius non respexit. Irratulq[ue] est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Inimicitias ergo inter vitrumque Deus posuit, quia respectus Delia Abel, semini nequam inimicitiarum & odii causa extitit. Sed & illud considerandum, quia contra ierpenē in ipsa oblatione sua, plus Abel visibilis inimicitias exerceuit, offerendo agnum simplex animal, & innocuum contra serpētum malitie sum atque nocuum. Sed quid euenie, quale inimicitiarum tunc euentus extitit? Iunū impus occidit, Semen bonum inuidia feminis nequam extinxit. Ecce initium bellorum domini. Hic primus ex facie verbi Dei, victoriam euldem verbi, pax mortis præcursive declarauit.

Abel

*Abel per iustitiam fides, ad similitudinem Dei factum, & hominibus mortuum, deo me
lissus vivere, imo loqui etiam.*

CAP. XX.

Gene. 1.

Ecce iam vnum hominem de massa illa, cuius principia fuerunt Adam & Eua, iuxta suam prouexit intentionem bonam, quam proposuerat dicendo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Iste enim non solum ad imaginem Dei factus est, id est rationalis, quod non negatur etiam de maligno Cain, verum ad similitudinem quoque eiusdem dei, in eo quod imitator eius existit, per iustitiam fidei. Amplius autem in eo spectat, ad similitudinem dei, quod pulcherrimam in lemetipso praevalu figuram verbi dei, verbi incarnandi, & per patientiam peracturi victoriam peccati & mortis. Notum est alumnis sancte Ecclesie, genere cunctis, quod dicimus, quia in Abel Christus, in Cain qui illum occidit, iudaicus populus, qui Christum erat occisurus, in voce & clamore sanguinis Abel, accusatio sceleris Iudeorum inexcusabilium, in terra quæ aperuit os suum, & iusecepit sanguinem Abel, Ecclesia quæ sanguinem Christi sacerdotibus in iacimento bibitura erat, pia similitudinem signabatur. Non ergo vinci, sed Hebr. 11. vincere incipiebat verbum dei, propositum dei, in morte iusti. Quis tunc reuera perfectus est, ad imaginem & similitudinem dei, quando talimodo decidit. Etenim hominibus quidem mortuus Gene. 4. est, sed deo viuit, deo loquitur, imo & nobis loquitur, & verbum dei sonans sanguis eius. Nam Hebr. 10 & ipse Deus, Vox, inquit, sanguinis fratris qui clamat ad me dextra. Et Apostolus Dei cum dilexisset. Fide plurimam holiam Abel obulit deo subsecutus, & persecutus, & per illam, inquit, defunctus adhuc loquitur. Nonne & hoc ipsum testatur in Euangelio dominus, qui cum de mortuis datus daret testimonium resurrectionis, dicit deo. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Jacob. Propterea assumptus dicens, Deus non est mortuorum Deus, sed viuorum. Omnes enim ei viuent. Ex abundanti est hoc alfruere quod omniunt primus Abel mortuus hominibus nihilo minus vixerit Deo, nisi quod delectabile est inultate serpenti antiquo, qui tam fatuus est, ut iam victorem faciat Deum in bono proposito, dum cupit ipse esse victor. Quia quem fecit in tercii hominibus, melius fecit viuere hominibus, & Deo, verè super peccatum suum gradiens, idem nequissima intentione sua omnino contraria efficiens.

Generationem Cain, qui erat semen serpantis, & velocius pullulasse, ciuitates & regna constituisse. Item, Cain reproborum, Abel autem electorum generatione principium fuisse, easq; deinde secundum carnem coniunctas diluvii vindictam meruisse.

CAP. XXI.

Inirea velociiter pullulabat semen serpantis, quod erat Cain, videlicet secundum imitationem patrii eius, id est, serpentis antiqui, reputa homicida & inuidi, quia per inuidiam & ipse occidit. Velociter, inquam, pullulabat semen illud, iamq; regnare properabat, condens ciuitates & oppida, sicut letipum est. Et aduersauit Cain ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filii sui Enoch. Porro semen mulieris sua semen Dei, tardius veniebat, imo à radice & perales videbatur, quando abel non reliquo semine, id est, nullis habens liberos, fuerat interfectus. Scidduum quippe est, Cain & Abel duarum generationum suis principia, quarum altera teneborum, altera electorum generatio est. Sunt quidem generationes illæ, secundum carnem commixta, sed hoc accidit per peccatum, quia cum eorum homines multiplicari super terram, videntes filii Dei, filias hominum, quod ellene pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Hoc ita contra Dei statutum evenit, sicut & illud, quod longè posterius filii Israhel, contra præceptum domini duxerunt uxores filias Chananiorum, ipsi q; filias suas, eorum filii tradiderunt. Vnde & accidit, vt per mulieres subversi, sacerent malum in conspectu domini, seruiendo deis alienis. Sic, inquam, & illud contra Dei præceptum existit, quod tunc filii dei, id est homines electæ generationis, filias hominum, id est, generationis reprobæ, cuius Cain etat principium, uxores acceperunt. Vnde & ita corrupti sunt, vt Deus induceret diluvium, & deterreret eos. Postea enim, inquit, me fecisse eos. Cum igitur sublatius esset iustus Abel, quasi de virtute tumidus serpens sibi plaudebat, eo quod sublatius bona generationis feminario, sola in mundo pullularet generatio sua, generatione mala & adulterata.

Electorum generationem, deleto Abel, tardius per Seth & Enos restauratam, non habere hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirere.

CAP. XXII.

Gene. 4.

Sed cognovit adhuc Adam uxoret suam, ait scriptura, & peperit filium, vocauitq; nomen illius Seth, dicens, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quod occidit Cain, Sed & Seth natus est filius, quæ vocauit Enos, iste coepit inuocare nomen domini. A bislo ergo semine mulieris, altera generatio electorum, quæ secundum carnem defecrat, in Abel resoluata est. Vnde & congruum latet vocabulum potius illi pater, vt vocaret eum Seth. Seth namque resurrectione interpretatur. Nimirum vel propheticus spiritus, vel ab experimentis quibuslibet Adam prædictus est, vt scires cum esse de parte Deo, & per generationem eius implendum esse proutrum

Dei, vt

Dei, ut prædestinati nascetur electi, & idcirco dixit. Posuit mihi Deus aliud semen pro Abel, Gen. 5. quem occidit Cain. Quanta mora fuerat antequam resuscitaretur hoc principium bona generationis? Vixit Adam, inquit, centum & tricentum annos, & genuit ad similitudinem & imaginem suam filium, vocavitque nomen eius Seth. Numirum per tot annos Adam potuit genuisse filios & filias, nec solus Adam potuit genuisse filios & filias, nec solum Adam, sed & ipse Cain, qui sicut cunctatem condebat. Recit ergo & veraciter sapiens dixit. Hereditas ad quam legitur *Præmer. 20.* In principio, in nouissimis benedictione earebit. Hoc enim non soldm in quolibet homine, verum etiam in virtutem in virtute hominum, certis claret experimentis, quia videlicet generatio Cain, id est, semen serpenti, & cum secessione venit, & cum secessione cunctas condidit. Generatio autem Abel sive Seth, semen Dei, quod posuit Deus pro Abel, & tardius venit, & cunctam hanc manentem non habuit, sed futuram inquisivit.

Generationem filiorum Dei, denuo per mulieres, callido antiqui serpentis consilio corruptam fuisse.

C. A. P. XXIII.

Quid ageret, quo se vetteret ille serpens antiquus, dum semini suo contrarium semen Dei multiplicaretur? Invenit quid saceres, unde verbum Dei superare, propositum, p. eius adhuc sic autem posse sperabat. Sciebat quod per mulierem, virum primum cepisset. At vero tunc multe succreuerunt mulieres pulchrae & concupiscentib[er]e, & virginae iusti, ad libidinem proni, ut pote de viciata radice nati. Sciente ergo valere libi ad mortis ipsorum prouenientem, consortia mulierum alienarum, id est, earum quae de generatione Cain exortae sunt, egit ut fieret quod scriptura factum narrat, dicens, Cumque coepissent homines multiplicari super terram, Job 40. filiiq[ue] procrearent, videutes filii Dei hominum quod essent pulchrae, acceperunt libi uxores ex omnibus quas elegerant. Ecce primus effectus, primumq[ue] experimentum, propter quod veraciter de illo ad beatum Iob dictum est. Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius in umbilico ventris eius. Per luxuriam namque, quae virtus in lumbis & feminis in umbilico est, rem tantam effecit, ut virtuosus sibi videretur, & potens sive fortis. Quia secundum intentionem Gen. 5. suam non parum profecile libi virus est, in eo quod filios Dei, filii sive filiabus hominum fecit conformes, ut nulla vel parua esset discrecio generationis Cain, & generationis Sethi. An parum sibi virus est fecisse, quum si, qui proposuerat dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, talēm, tanq[ue] diuersum proferret sermonem. Poenitet me fecisse hominem? Sic enim scriptum est. Delebo (inquit) hominem quem creauit, a facie terra ab homine visque Gen. 6. ad animalium, a reptili usq[ue] ad volucres coeli. Poenitet me fecisse eos, Si ergo ritè perpendas variationem serpentis blasphemii, levitatemq[ue] inimici prx sumptuosi, haud dubium, quin multitudines illa magnus eius status auxerit, ut putaret, le omnino auertisse propositum Dei, verbumq[ue] eius fecisse vacuum ad ipsum reuertit.

Quo pacto sit intelligendum, quod Deus dixit: Pœnitent me fecisse hominem, & delebo hominem, quem creauit a facie terre.

C. A. P. XXIV.

Inferim quid rogo est, quod vel scriptor de Deo loquens, pœnitentem eum ait, quod hominem fecisse in terra. Vel quod id ipse Deus, cum dixisset, Delebo hominem quem creauit a facie terræ, subiunxit. Pœnitent enim me fecisse eos? Si idcirco delere le dicit hominem, quia pœnitent cum fecisse hominem, cur vel unum tantopere, tantoq[ue] miraculo referuat hominem, de culis posteris rursum in tripliciter homines boni & mali, & pauci quidem boni, multi vero mali. Valde repugnat hoc sensui, quem signare videtur litera dicens, quia Deum pœnitent. Nec verò factum hoc solum repugnat, ne licet sonat litera, passiuia intelligatur Dei pœnitudo. Veretiam & alterius loci scriptura, quae dicit. Quia non est Deus quasi filius hominis ut mutetur. Itemq[ue] de pœnitudine ait. Non flectetur, neq[ue] enim homo est ut agat pœnitentiam. Siquidem 1. Reg. 15. Deus non quasi homo vel filius hominis est ut mutetur, & si pœnitudine non flectitur (ut verbis gratia nec nunc quidem quando dicit, pœnitent me fecisse hominem, vniuersum delectans hominem) qualiter in hoc dicto & loquenter veritatem, & non pœnitentis mutabilem seruabitur maiestatem? Hic primo sciendum est, magnū eius quae Deo asserbitur, & eius quae homini accedit, pœnitudine illi distantiam. Homo namq[ue] cum sit mutabilis, aliquando de malis vel in Pœnitentia. humanæ pœnitudinib[us] modis, in sapientem cadit. Sapient namque apud philosophos feculi ille esse conceditur, qui neque mali vel iniusti quicquam, quod pœnitudo corrigit, admisit, neq[ue] bonum aliquod vel iustum quod gelit in prauum mutauit. Quod si talis pœnitudo in lapide. Sapient pœnitentem non eadit, quanto magis Deus nunquam accedit & illi namq[ue] non nulli de bonis vel iustis nesciunt. nunquam pœnitudinem gelit aut gerere potuit, quia mali quippe vel iniusti committere. Namrum non aliud est, nisi vel à misericordia ad iudicium, vel de iudicio ad misericordiam transiit.

C. Nam

Vix Domi. Nam iste sunt vniuersae vix domini, misericordia & veritas iudicij. Est autem quando de misericordia transiens ad iudicium, nequam poenitendum flebitur, ut de iudicio ursus transeat ad misericordiam, videlicet dum homo peccator contra Deum permanet imponens, ut idem Saul, de quo cum diximus dominus. Poenitentia mea, quod constituerim Saul regem. Postea Samuel contra eundem loquitur. Porro iustum in Israël non parcer, & poenitendum non flebitur, neque enim homo est, ut agat poenitentiam. Est etiam quando post misericordiam, vel inter ipsam misericordiam largientur, exercens iudicium, nequam tamen à misericordia proprie-
tate villa poenitendum deflebitur. Exempli gratia, ut in Davide, super quem post multam misericordiam, sacerdos propter Viram Elieum iudicium exercevit, nec tamen eundem à facie sua proiecit iustus procebat Saul. Secundum hanc misericordia & iudicis dispensationem, poenituit quidem eum secus hominem, id est de misericordia filii Dei impensa vel impendenda, transiuit ad iudicium. Verutamen eadem poenitendum flexus non est, ut bonum deseret et proposum, propter quod fecerat hominem primum.

Quid sit, quod Moyser deo scripsit: Et precauens futurum, & tactus dolore cordu intrinsecus.

CAPVT XXV.

Genes. 6.

*Q*uid de hoc dicemur, quod non solùm poenituisse, verum etiam intrinsecus dolore tactus fuisse dominum, resperata testatur? Sic enim scriptum est. Poenituit eum quod hominem fecisset in terra, & precauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquir, hominem. Dicit aliquis, more humano icriptura loquitur, quia loquitur hominibus. Ira esse contentius. Verum a me necesse est veru esse, quod scriptura loquitur verius at. Dolore cordis dominum tactum fuisse pronuntia. Porro dolor quedam palius, de quatuor passionibus una, quarum haec sunt nomina. Dolos sue tristitia, gaudium sue inepra latitia, pietas sue timiditas, spes sue cupiditas. Has quatuor passiones, immo virtus, pueri legimus apud poetam insignem dicentem quam breuitatem. Hanc metuunt homines, cupiunt, gauden-
t, dolent. Cum ergo sit impassibilis diuinitas, offenditur quispiam, quoties pro re menso in huius loci, vbi dolore cordis intrinsecus Deum huius tactum sacra narrat scriputra. Sed econtra sciendum, quia dolor alius, gaudium aliud, alia spes, aliud timor, à sancta nobis scriptura predicantur, quia non passiones, sed virtus, immo summae virtutes à spiritualibus spiritualiter intelliguntur. Est enim dolor, id est pietas, quam efficiunt spiritus sanctus, unde & spiritus pietatis dicitur. Est gaudium fructus eiusdem spiritus, sicut dicit apostolus. Fructus autem spiritus, est gaudium, & cetera. Est & spes primarum virtutum media, illic autem idem quod supra. Nunc autem manent fiducia, spes, charitas, tria haec. Est & amor sanctus, virtus & virtutum custos, quem idem spiritus sanctus efficit, vnde & in ordine septem spirituum, sicut spiritus pietatis, ut iam dictum est, ita & iam predicatur spiritus timoris domini. Non igitur offenditur fidelis animus, tanquam inconveniens de impavidis Deo praedictetur, quod si cur litera sacra predicat, dolore cordis tactus fuerit intrinsecus, quia reuera, sicut & alibi veritas prophetice restatur. Deus est amator & vescens dominus. Nec omnino quispiam Deum versat et imitatur, nisi sit particeps boni zeli vel amationis eius.

Quo dolore tactus esse dicatur intrinsecus.

CAPVT XXVI.

Zelus.

*D*olor namque cordis, quo tactus est intrinsecus, tam fortis, tam plus, & impavidus Deus, zelus bonus est, & idcirco non passionem, sed virtutem dicimus dolorem eius, ut vere est. Econtra inuidia diaboli, per quam mors intrauit in hunc mundum, zelus malus est, & ille zelus passio magna & misera, summuusq; virtutum est. Vtrunque zelum distinire liber. Zelus bonus est diligere homines, odisse autem hominum iniquitates. Econtra zelus malus est odisse homines, diligere autem hominum iniquitates. Et ille quidem Dei est, iste autem zelus diabolus est. Deus namque primus est & præ omnibus diligit hominem, odit autem hominis iniquitatem. Intantur autem hunc quicunque homines proximos suos ita diligunt, ut odio habeant & persequantur mala facta ipsorum. Econtra diabolus primus & præ omnibus odio hominem, & diligit hominem iniquitatem. Imetantur autem illum, qui homines vel fratres suos ita odent, ut eorum diligant iniquitatem, id est, non diligunt nisi confessantes vel confessiles sibi sicut ad faciendum iniquitatem. Ita zeli oppositio contra nos, diabolus Deo contrarius, & hominibus constituit inimicum, & veriusq; zeli continuum ab initio usq; ad finem seculi perseverat duellum, semper vincente zelo domini exercitum, semper zelo diaboli cadente in confusionem & opprobrium. Diabolus in zelum amaritudinis, dum ad iniquitatem, quia mors animæ est hominæ alicere non potest, ad occidendum corpus per ministros lucis conlurgit. Deus autem eum quidem à quo zelus eius recepit peccatoris vel impi, pro eo quod iniquitate incorrigibilis est, & corpus & animam in gehennam mittit. Eum autem, pro quo zelari dignatur, puniat temporaliter ne puniat eterniter. De huiusmodi apostolus, Dum iudicamus autem, inquit, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

De diluvio anno tribus iudicis Dei. CAPVT XXVII.

Poenitidine igitur & dolore cordis tactus intrinsecus, id est, bono zelo excitatus, quid dixit & quid fecit dominus Deus? Non, inquit, permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, erunt dies illius centum viginti annorum. Ac deinde ad Noe, Fac tibi, air, arcâ de lignis levigatis. Et ce ego addues diluvium aquas super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua vita spiritus est luber cœlum. Vniuersa quæ in terra sunt, consumentur. Iudicium hoc victorie verbi Dei pars magna, triumq; iudiciorum eius quoddam medium est. Notum Tria iudicium quippe est, tria tremenda maiestatis eius esse iudicia. Primum, quo diabolus & satanas ille de eo, cœlo proiectus est. Secundum hoc, quo mundus per aquam inundatus perit. Tertium, quod in nouissimo dñe futurum est per configrationem ignis. Ex primo quidem soli angelii, secundò soli homines iudicati, tertio tandem & homines & angeli sunt iudicandi. Itemque primi peccata iudicij solis angelis, peccata secundi soli hominibus, peccata tertij limul & angelis & hominibus pro sui qualitate conuenientes vel iustificari parata est, mira & terribilis dispositione creatoris. Angelos quippe, & non etiam homines aeris substantia vehit, in quem angelii daemones facti, de cœlo sunt precipitati. Econtra, non angelorum vel spirituum, sed hominū vita aquarum substantia sufficiare potest vel potuit, quibus inundantibus, tunc homines terribiliter sunt detegi. At vero substantia ignis, tam angelos, quam homines vrere simul poterit, ut testatur ipse *March. 25.* dominus dictum suum, proficit malis hominibus. Ite maledicti in signo æternum, qui paratus *Genet. 6.* est diabolo & angelis eius. Non igitur vane præmissum est, Deum porneuisse, & dolore cordis *Deut. 32.* tactus fusile intrinsecus, quia videlicet tanti iudicij poena erat illatus. Ipse est qui misericordia *Genet. 6.* pœnæ non delectatur, nec rursus potest negligens esse aut iniustus, ut peccata secundum *Genet. 6.* modum cuiuscumq; non vilescantur. Hinc autem ipse in euangelio, Non possum ego à meipso facere quicquid, sed sicut audio, iudicabo. A sapientia namque facit & iudicat, quod audit is, qui merita rerum *Job. 5.* subuerit & inordinata relinquit. Verbi gratia, ut dicat bonus in alium, & malum bonū, & pro *A sapiente* favore suo sicut iustum ita & iniustum dimittit impunitum. Hoc quod facere non audeat homo *Genet. 3.* vixcumque iustus est, qui autem non vult, iustus & laetus est, qui autem facere nunquam possit facere, aut potuit, solus Deus est, qui natura iustus est.

*Quid sit quod dominus dixit, non permanebit spiritus mens in homine in æternum,
quia caro est.* CAP. XXVIII.

Quartuorem facturus hoc iudicium præmisit, dicens. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Nonne & antequam hoc diceret, auferebat spiritum homini, & deficiebat, & in puluerem suum revertebantur? Nonne & primò diluciderat homini. Donec revertaris in terram, dñe qua sumptuosa, quia puluis es, & in puluerem revertaris & limo nonne idcirco emiserat eum de paradise, ne vivieret in æternum? Dixit enim cum ironia grauiissima, dixit iam tunc dolore cordis tactus intrinsecus. Ecce Adāquali vnu ex nobis factus est, sciens bonum & malum. statimq; subiunxit. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vite, & comedat & viuat in æternum, emulsa cum dominus deus de paradise voluptatibus. Quid ergo libi vult, quod quando lis Dei, filias hominum uxores accepterant, illæq; generunt gigantes, id est, viros famulos & potentes à seculo, quod corrupta fato erat terra, omnisci caro corruperat viam iuam, cū proprie hoc vellet inducere diluvium, quasi tunc primùm decernens, dixit: Spiritus meus, id est, spiritus à me datum, siue ad imaginem meam factus, non permanebit in homine in æternum? Quid inquam, nisi omnibus fecimus fatis factum esse vult ab experimentis, quod sapienter & velister, rationabiliter, & misericorditer faceret, hoc ipsum quod hominem mortuam animam mortuum, per peccatum. In corpore immortalem esse noluit, edicendo illi, quia puluis es, & in puluerem reverters, præueniendo illum, & ejiciendo de paradise voluptatis, ne forte mittens manus, sumeres & comederes de ligno vite, & viueret in æternum. Igitur cum dicit, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum. Hoc eum intendere arbitramur, ut approubemus & laudemus bonum eius consilium, quia verè quod hominē in animam mortuū veruit esse corpore immortalem, hoc fecit misericorditer nobis consilens, & sicut scriptum est, præcauens in futurum. Quid enim si propter vitam longissimam, qua tunc viuebat, aliis annos nongentos triginta, aliis non gentes quinque, aliis non gentes hexaginta duo, aliis non gentes sexaginta novæ, ut *Mathu. 13.* Si, inquam, propter tantulam viuendi moram, que ad æternitatem comparata, nec momenti quidem, vel puncti rationem obtinet, ita superbiebant homines viri famosi, à seculo potentes atque gigantes, id est, Dei contemptum habentes, mense superbillimi, & carne corruptissimi, sicut ipsa *I. Ruptura* semel & iterum atque tertio, imo & quartò inculcans & replicans manifestè assertit, quid egissent, vel quales fuissent, si se in nunquam morituros esse scirent? Perpetrat, qui potest, quia reuera nec leuiter dictum est, præcauens in futurum: nec leue fuit aut parvum, quod præcauit Deus impedimentum salutis suorum ad æternam gloriam prædestinatōrum, cupiens bonum usque

ad victoriā perducere propositum. Arbitrii namcūplicet, quia non minus in hominibus quam
in demonibus incorrigibile fuisse superbizē malum, addita corruptione carnis ultra miseriā
demonum, qui carni non sunt.

*Quare Noe accepta sententia perdende vniuersa carnis, non anter cōserit pro
hominibus sicut Moyses.*

CAPVT XXIX.

Genet. 6.

Propterea dicens Deum, Finis vniuersa carnis venit coram me, & ego disperdam eos
cum terra, sc̄ tibi arcā, &c. Audit Noe vir iustus arc̄ perfectus, & tacer, nullamq; pre-
cep̄ pro iniustis offert, vt Deū reneat, vt trā eius suspenderat, Exempli gratia. Sic ut eundem Deū
tenueit Moyses, dicente sibi: Dīmisi me vt irascatur furor meus contra eos, & delear eos,
faciamq; te in genē magnam. Hoc ille fecit, vt verē miris & iustus, nullatenus ambiens, vt si-
er ipse in genē magnam, magisq; alii quim sibi consulens. Sed non prouide immittis aut
iniustus Noe, qui cum pararet arcā cum filiis suis ad reparacionē orbis terrarum non in-
tercessisse legitur aut elaboras, vt itum cunctis viuentibus & cunctos delere volentem, te-
nere posset eundem Deum. Moysi namq; alia in fide & dilectione cordis sui sicut causa, quam ea,
culus folius sensus præbēre videatur litera dices. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum
tuorum, quibus iurasti dare terram hanc, &c. Nam ille non tantum attendebat multiplicatio-
nem seminis vel possessionem terrae Chanaan quam tunc erant interaeui, quantum aplicebat
ad honorem Dei, salutemq; generis humani, vt esset deus verax, & vīctor proprii luxrā illud.

Exod. 33.

Psalm. 50.

Vt iustificeris in sermonibus suis, & vineas cum iudicaris. Abraham namq; promiserat, imo &
cum iuramento reprob̄iserat Deus, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, quod
eit Christus. Et per os Iacob prædicterat spiritus veritatis, quod de tribu Iuda Christus foret
nasciturus. Non inquir, auferetur scepterum de Iuda, & dux de sc̄mōre eius, donec veniat qui
mittendus est. Si ergo minus impluerit Deus contra populum illum, dicens Moysi, Dīmisi
te ut irascatur furor meus contra eos, &c. non videtur Deus iustificari in sermonibus suis,
viā sociāq; propositionis peregrinisse verbum veritatis. Moyses namq; & si de genere Abraham, non
tamen erat de tribu Iuda. Ideoq; & si sacerdotem eum Deus in genē magnum, vt de linea eius
Christus nascetur, non omnino viciſſerit verbum Dei, quia non tribui Levi Christus, sed tribui
Iudea fuerat promissus, vt ex canasceret. Igitur eundem Deum quem iurauit gentilis Moys
fideliter tenuit, Noe vniuersam carnem delere volentem, rationabiliter dimisit. Quia vi-
delicit, perditio multitudinis nihil impediens vītoriam verbi Dei suē propositionis Dei, dum
modo superest, vel vnuſ ad fulcitandum semen mulieris, inimicitias habiturum contra sc̄men
serpentis.

Genet. 22.

Genet. 49.

Exod. 33.

Moyses vni-

geni dēmū-

trā tenuit

quem Noe

vniuersam

carnēs de-

lere volentē

rationabilis

ter dimisit.

Genet. 6.

Genet. 5.

*Quid sit quod scriptum est: Noe inuenit gratiam coram domino. Item: Noe vir
iustus atque perfectus in generationibus suis.*

CAP. XXX.

Genet. 6.

3. Reg. 11.

Ad retinē-
dū verbum

Dei vnuſ

sufficit.

Genet. 5.

Esaie 40.

Psal. 116.

Esaie 40.

Hec vnuſ tunc iustus erat, sicut de eo scriptura dicit. Noe verē inuenit gratiam coram do-
mino. Item, Noe vir iustus arc̄ perfectus sicut in generationibus suis. Postd̄ generationes
eius, ab eo quoniam posuit Deus, pro Abel videlicet. Sebi namq; genuit Enos, & Enos genuit Ca-
inān, & Cainān genuit Malahel, Malahel genuit Iareth, & Iareth genuit Enoch, & Enoch
genuit Machuſala, Machuſala genuit Lamech, & Lamech genuit Noe. Nam ista genera-
tiones Noe, generationes erant filiorum Dei, & generationes Cain, generationes dicuntur filiorum
hominum, eum scriptura sic dicat. Cumq; cœpissent homines multiplicari super terram, lūdūq;
procrearent, videntes filii Dei filios hominum quod essent pulchra, accepérunt sibi uxores
ex omnibus quas elegerant. Cum Igitur in generationibus suis, id est, generationibus filiorum
Dei, solus Noe iustus arc̄ perfectus fuerit, magna & dolenda demonstratur accidisse corruptio
filiorum Dei per commixtionem filiarum hominum, quarum pulchritudo menses & oculos
cocepit, & sine dubio corda peruerit, sicut recentiori tempore Salomonem quoq; sapientissimū,
per mulieres alienigenas constat esse depravatum. Vnuſ autem numero quid erat in illa can-
ta multitudine hominum, vt pote diu viuentium & multiplicis generantium. Ariamen vnuſ
ille omnipotens verbo Dei iussit ad retinendam, sicut perficiendam vītorię sur palmarum,
vt nihilominus quandoque persiceret bonum propositum, quod intenderat dicendo. Facia-
mus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quid enim erat coram Deo omnis il-
la multitudo viuentis & florētis seculi, nūscenū & flōs agri. Verē enim solum est populus.
Verē omnis caro locum, & omnis gloria eius tanquam flōs loci. Et sicut facile est solum ex-
iacci, & florem cadere vento flante, sic facile fuit verbo Dei, tanram multititudinem delere.
Porro ipsum verbum dumini manens in æternū, obediens rem sibi manere fecit hominem v-
num gubernans eum per contemptibile lignum.

Quod

Quod Noe quia seruauerat verbum Dei, idem à verbo seruatus sit.
CAPVT XX XI.

PUta ergo tam tunc sibi dixisse Deum, Quoniam seruasti verbum patientis meæ, & ego te misericordia ad seruabo ab hora temptationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in Dei terra. Multum enim attinet, ad laudem victoriosi verbi Dei, quod obseruator eius propter hoc vicitur spiritum, quod illud seruauit, Ieruauit est ab hora temptationis, in quo à toto anno iudicii, id est, diluvii lumen aspergunt per totum annum terram vniuersam occupauit. Quod erat illud verbum patientis Dei, in quo spiritus vitæ est subter cœlum, & cetera. Hoe verbum recte dicitur verbum patientis Dei, quia videlicet postquam hoc verbum dixit Deus, adhuc diu patientes sustinuit. Annis ferè centum interfluxerunt ab hoc dicto, antequam inundaret diluvium, & illi credere nolentes, & in imperiis permanentes, patientiam Dei continebendo, iram sibi irreuocabilem thesaurizaverunt. Hinc Petrus apostolus, Qui increduli, inquit, fuerant aliquando, expectabat Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur aera. Vigilanter itaque attendenti laqueo, quod longa & magna fuerit 2. Petri 3. patientia Dei, & quod veraciter ille vir iustus ac perfectus seruauerit verbum patientis Dei, videlicet centum (vt iam dictum est) annis fabricando aream. Irrisiones & fortè multa difficultaria sustinens ab incredulis, dum annunciat verbo & opere, inundaturas super omnem terram aquas diluvii. Denique cum quingentorum esset annorum, locutus est ei Deus. Fac tibi, inquiens arcum de ligno levigati, Et eadē scriptura teste, sexcentorum erat annorum, quando diluvii aquæ inundauerunt. Quantos potius tanto tempore fluctus hominum sustinuit, si prophetæ Iohannes quicquid temporibus per verbum domini prefigendo plagam quamlibet imminentem sic offendere, ut de vita quoque periclitarentur? Unde & dicit quidam illorum, Formido & laqueo saeta est nobis vaticinatio & contritus, cui incredibile videtur iustum illum multum offendisse fabricando aream, & futurum prænuntiando diluvium per tot annos, apud superbos & gigantes illos, in illo recenti seculo, certe nō nimis acutus & luxurioso & iugis quomodo seruavit verbum patientis Dei, & ipse Deus, sine verbum Dei, seruauit illum ab illa severitate iudicis, miraculo magno & congruente eius fidei. Sicut enim corruptionem fluctus, quibus omnis caro corrupserat viam suam, mente euicit, & laudem iustitiae, sine perfectionis habere meruit ita, & aquas diluvii vehementer inundantes per contemptibile lignum superando, seculis omnibus innovit.

Quod Dominus propositum suum satis declarauit tories benedicendo hominibus.
CAPVT XXXII.

POst illud iudicium, verbum Dei suos in mundo præcones & nouos & insignes habuit, inquit. Præcones ut haberet, effecit, quorum primus idem Noe cum filio suis benedictionem eandem accedit, fuisse in mundo, quam dudum Deus edixerat, quando primos homines masculum & feminam creauit. Si & Da Veritatem est enim tunc illis benedixit Deus & ait: Crefcite & multiplicamini, & replete terram, sic & Da Veritatem post diluvium residua ista eodem verbo benedixit. Si denique scriptum est, Egressere, inquit, habentis de area tu & vxori tua, filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum, cunctaque quæ sunt apud te Genes. 3. edue tecum, & ingredimini super terram, crescete & multiplicamini super eam. A deinceps, Genes. 1. Odoratusque est dominus odor suauitatis, & benedixit Noe & filii eius, & dixit ad eos, Crefcite Genes. 8. 9. & multiplicamini, & implete terram, & si terror vester ac tremor super cuncta animalia terræ. Deinde tertius, Vos autem crescere & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete hunc. eam. Trina Verborum eorundem repetitio, magna est propositi Dei confirmationis, quod profuit in verbo suo, sciens & præficiens atque prædestinatos habens omnes sanctos atque electos Sæciles in finem secundi, quando congregari illis ad dexteram suam dicit ipsum verbum incarnatum Iesus Christus viceror præpositi, Venite cœlestes in mundum natum, benedicti patris mei, possidete regnum quod vobis paratum est. Iohannes, proficere meritis de' inber. Matt. 25.

FINIS LIBRI SECUNDI.

C M RUPERTI

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE VICTORIA VERBI DEI, LIBER TERTIVS.

*De tribus filiis Noe, Sem, Cham, & Iaphet, & quid sit, Dilatet Deus Iaphet, &
habitet in tabernacula Sem.*

CAPVT I.



Genes. 9.
Tabernacula
la Sè, quid
desiguntur.
Genes. 11.

Vnde iam sermo per compendium currens, videlicet omisso mysteriorum, sive allgoriarum longis irineribus, magnisq; circuitibus deuenit ad tabernacula Sem dicente patre Noe. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernacula Sem. Porro tabernacula Sè, adoptione filiorum dei, & gloriæ & teflamentum & legistratione, & obsequiis, & promissis intelligimus, que omnia data sunt feminis Abraham, qui fuit de posteritate Sem. Sè quippe genuit Arfazar, Arfaxat genuit Sale, Sale genuit Heber, Heber genuit Phaleg, Phaleg genuit Reu, Reu genuit Saruh, Saruh genuit Nachor, Nachor genuit Thare, Thare genuit Abraham. Tabernacula ergo Sem, beneficia Dei sunt iam dicta, qua præstit Deus feminis eius Abraham venienti ex posteritate Sem, & recte illa beneficia intelligimus per tabernacula, quia videlicet Abraham & ceteri patres, per quos vel cum quibus illa iuncta administrata, manent huc non quicquid habere ciuitatem, & illa expectantes, cuius artifex & conditor est deus. In tabernacula habitabant consientes, quia peregrini & loqui possunt super terram. Ad hanc igitur tabernacula Sem sermone deducto in gredendum est, & reverenter aspicendum, quod verbum dei peregrinationem nostram Iubiens, exinde militaverit, coniuberales non dedignans habere homines, per quos omnem militiam nostra salutem ordinarer, tamdiu cum illis commorans & per eorum voces ionans, donec ex ipsis quoque carnem assumens bellator atque princeps bellum totum, ipse ad publicum contra serpentem antiquum procederet.

*De confusione linguarum, nativitate Abraham, & secundo promissionis verbo, quod
in femme eius benedicente essent omnes gentes.*

CAP. II.

Genes. 10. **D**uisax iam erant insulæ gentium in regionibus suis, ram à filii Iaphet & filii Sem, quam & à filii Cham. Enumeratis quippe filiis Iaphet, statim subiunctū est. Ab his diuisus sunt iniulus gentium in regionibus suis, vniusquisque secundū linguam suam, & familiis in nationibus suis. Item, enumeratis filiis Chiam. Hic filii Cham, inquit, in nationibus & linguis & generationibus, terrisq; & gentibus suis. Deinde enumeratis filiis Sem secundū cognationes & linguas & regiones in gentibus suis, statimq; præmissa. Haec familiæ Noe iuxta populos & nationes suas. Diversi autem ab eis sunt, continuo scriptura narrat, videlicet quia facere ciuitatem & rursum, cuius culmen ad celum pertingeret, volebant per nimiam superbiam, quam ibidem scriptura denotat nomiunculo illos filios Adam, ait enim, Descendit autem dominus ut videret ciuitatem & terram, quam edificabant filii Adam. Illic tū dicir, filii Adam, procul dubio subintelligendū est, ac si diceret, imitatores Adam, qui Dei similitudinem appetiuerū, non per verbi Dei obedientiam, sed per mentis suæ superbiam. Illa diuisio, siue confusio linguarum, accidit in diebus Phaœnix, legi, qui & idcirco appellatus est Phaleg, quia in diebus eius diuina est terra, ut iam dictum est. Anni ferè centum nonaginta successerū post illam diuisiōnem linguarū hominum, & natus est Abraham, ad quem incarnationis sue desiderabilem fecit promissionē vnicum & indissolubilem, Dei verbum, dicente Deo ad illum. Egregere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & venire terram, quam monitauerō tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicā promissio. Tibi, & magnificabo nomen tuū, erisq; benedictus, atq; in te benedicente viuieræ cognationes terce. Dixi ut alibi dixit, Et benedicentur in lemine tuo omnes gentes terre.

Quod confusio linguarum abscondendo divina promissio eius auro profuerit

CAPUT III.

Genes. 8. **H**inc illud dicere liber, quia sicut Apostolus ait, Omnia diligentibus Deum cooperantur in bonum, sic & illa confusio linguarum, & lantæ patribus ad quos factum est hoc verbum, & ipsi Deo Dei verbo cooperata est in bonis. Oportebat enim pro tempore, ut fieret occultum talis mysterium, neque super eo disceptaretur per publicum, quia dignus eo non erat mundus, ferè torus ubique lacuens & petulcus, nimirumq; ferocious aquæ superbus, quamvis res ratione manentes securitate inundantis diluvium percussus, & usque ad parvas reliquias una si rage consumptus. Oportebat, inquam, interim manere occultum talem, tantæ promissionis thesaurum, tunc erat. Primum, ne peregrini illi, quibus hoc bonum erat ceditum, iam tunc inuidiam intolerabilem

paterentur. Deinde, ne diuinæ vocacionis & supernæ sp̄i margarita, ante porcos mīla concūcatur. Sic erat verbo Dei proflancis patribus ab hominum impiorum vcl secularium inuidia cauendum, quomodo cauesur pro radice nouella, dum adhuc vnicum viu virgultum protulit, vndē bonum speras vel desideras fructum. Sicut enim extirpatio radicis sp̄m fructus percipiendi præcidit, ita patribus tū interemptius fuisse à persequentiis illata iniuria mortis, facultatem præpediuſſet implendæ promissionis. Idcirco verbum ipsum futuræ carnis sue patres custodiunt, restante Psalmo, cum dicit. Non reliqui hominem nocere eis, & corripiunt pro eis reger. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Er quid ad *psalm. 104*
*cautelam istam tam idoneum, quim p̄missa confusio linguarum? Et quidem expeditas & Ad Deteri
 utile fuerat, quod vbi deus coniudit linguis, turrim illam ædificauit, non audiuit vnuſquisq; fieri celen
 vocem proximi ſui, & ædificare ceſauerunt. Sed magis expeditius, utiliusq; fuit, quod gentibus dum lingua
 ignorantibus p̄g confusione linguarum, sancta scriptura turris vera & verè pertingens vñq; ad alitudinem coeli conſtrudenda erat, lacrumenta contineſſant ianuam dictam promissionis.*

*Quod mysteria Dei, non ſolū exteris per confusione linguarum, verum etiam indigneſſis
 Iſraelitis, per animata & figurata abſcondita fuerint. Item de trivium lingua-
 rum literis inueniuntur.*

CAPVT IIII.

Nunquid vero & in ſola multitudine ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob, que videlicet multitudine duodecim tribuum, gens vna, vel populus vnu extitit, defuturi erant homines eiusmodi, homines indigneſſi aquæ vt gentiles vel incircuuli, quibus manuſtè deberet ostendit sacramentum verbi Dei? Non vtq; defutura erant, immo futurum erat, vt in illa gente carnaliu[m] multitudine, ſua inſipientia paucorum spiritualium fatigaret ſapientiam futurum hoc non ignorabat Deus ipſe Ue[re] verbū, dum ſicut ad ſalutem noſtrām neceſſarium erat, ſuum per literas legis & prophetarum velle humanis p̄ſignare confiſum. Reſte igitur non ſolum in vna lingua ſeſe abſcondit verbum Dei, verum etiam in eadem lingua, qua exæteria erat ignota genitibus, dieta vel decreta ſua ſic temperauit, ita ſimilitudinibus vel figuris obumbravit myſticiſ, vix pauci, vix ſoli ſpiritualies percipere poſſent quale haberet confiſum, quall ordine recuperare intenderet ſalutem mundi. Propter hoc primum literæ ſunt, vix videlicet in ea & per eas ſignificaretur, & vſq; ad tempus clauderetur atque ſignaretur verbi Dei mysterium, venturi ad expugnandum generis humani inimicum, per alſumptio[n]e carnis & pallionis ſue sacramenteum. Primarum, id est, Hebraicarum illa reperiendarum erat & ſuit cauſa literarum. Primo nam literæ hebraicæ per Moysen reperiſſe, & Hebrais traditæ ſunt. Secundo grecæ, *Littere qua* quas Græci Cadmus tradidit, quo tempore dux Othonius filii literæ praeterat. Tertio loco etiā ſacramentum principaliu[m], junior Latina lingua, literas habere coepit, quas Carmentis reperit, quo tempore populum Iſrael iudicabat lait. Et illæ quidem iuniores, grecæ & latine literæ ob humanas res significandas reperiſſe, quandoq; ad diuinas res significandas gratia Dei ſunt admiſſæ. Prima autem, id est, Hebraicæ ad significandas res diuinæ, reperiſſe vel traditæ ſunt. Nunc vero ad ordinem redeamus.

Quod serpens antiquus propter verbum promissionis, contra Abraham, Iſaac, & Iacob, inuidia quidem mortis ſit, nocere tamen ei non potuerit.

CAP. V.

Job 1.

Job 2.

Genes. 3.

Job 1.

*Job de fl̄r-
pe Hes.*

Genes. 22.

Promissionē beatifeminis facta ad patres (vt fam dictum eſt) quomodo ille ſerpens antiquus quipplam inde cognouit, immo quomodo non cognoveret ipse callidus, & de regno ſuo, de regno mundi huius maleſolitus. Circumibat enim terram, & perambulabat eam, tanquam fortis armatus custodus atrium ſuum, attendens, ne quid forte contra ſuum principā ſuborietur, ſecundum illud quod audierat dicentem ſibi Deu. Inimicitias ponā inter te & mulierem, & femi tuū & femi illius. Hinc enim regūlius eſt iub. 11. idem ſerē temporibus à domino dicentes. Unde venia Satan & respondens ait: Circumiuit terram & perambulauit eā. Et dominus ad eū Nunquid, ait, conſideraſſi ſerū meū lob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? Erit autem lob de ſirpe Hus primogeniti Nabor fratris Abrahæ, cuius videlicet Hus, ſcriptura libri Genesios hoc modo meminit. His itaq; gestis, numeratū eſt Abraham, quod Melcha quoq; genuiſſet filios Nachor fratris ſuo Hus primogeniti, & Bus fratre eius. De ſirpe Bus Helaubuzites dictus eſt, qui & in libro Numeri Balam nominatur. Porro iam dictus lob in terra Hus, qui fuit (vt iam dictum eſt) ex Nachor primogenitus Dñe quoq; filius Iacob (vt Paulus peribet) extitit maritus. Iſtum conſiderauerat Satan circumibendo terram, & perambulando eam, quid eſſet homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Quomodo ergo non etiam conſideraſſet Abraham, Iſaac, & Iacob fidem promiſſionis habentes, & propter illam ſp̄e, peregrinando de genie in genti, & de regno ad populi alteriū pertransiēt. Planè conſiderauit iſtos, & ſciuit eſſe ciues regni Dei, regno ſuo contrans, & de ipsis femi mulieris percepit fore naſciturū ſuo ſemini contraria. Sed quid ageret?

C iii

Quoniam

psalm. 104

Quomodo bonam radicem illam corrumperet, aut quorum per manus hominum extirparet? Verbum domini frequenter illos visitava, & intus fidem illorum incorruptam custodierat, & foris pro eis reges corripiabant, hominemq; ei nocere non relinquebat. Et Abraham proper pulchritudinem Sarax, Isaac proper pulchritudinem Rebeccæ, & Jacob proper benedictionem quam surripuerat fratri suo, mori timuit, id est proper Laban de Melopotamia fugit. Sed (ut iam dicitur est) verbum domini quenquæ eis nocere non permisit. Nolite, inquieti, rangere Christos meos, &c. Ita contigit, ut nunquam eis nocere præualeat inimicus, nullum ex eis sine in anima, siue in corpore lacerare posset ille serpens antiquus, &c.

Quod Joseph deinde primos serpentis insultus per fratres proper somnum exceperit.

C A P V T VI.

Roma. 1. **Instituta s̄i dei.** **Q** uam alia iusticia Deli putamus in euangelio revelari, sicut Apostolus dicit. Iustitia entia Dei in eo revelatur ex fide in fide, sicut lcriptum est. Iustus autem ex fide vivit & iustitia Dei, incarnationis est filii Dei, qui factus est ex eis semine David secundum carnem. Incarnatio, inquam, vel aduentus Iesu Christi filii David, filii Abraham. Haec iustitia in euangelio reuelatur. Num parua est haec iustitia dei, non parua, sed vere magna, & valde laudabilis, quia per illam incarnationem, dum sit ex semine David, iustificatur Deus in sermonibus suis, implendo quod

quod promisi, custodiendo quod iurauit Deus verax & fidelis. Attende per pulchram huius *iusitia operum* definitionem. Iustitia (inquit) ex fide in fidem. Cuius ex fide, nisi eius qui promisi, qui iurauit & Cuius in fidem, nisi eius qui promittere credidit, qui iuramenti fidem adhibuit, scilicet Abraham sive David & Justina haec alia est, & alia illorum Israelitarum, quinon sunt Israelitae veri. Quia suam querentes statuerunt iustitiam, hinc iustitia non sunt subiecti. Quenam est illorum iustitia & Nimirum iustitia non ex fide infide, sed quasi ex operibus in opera. Quasi Abraham ex operibus iustificatus sic, cum scriptura dicat. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et quasi ipsi ex operibus iustificari possint, cum item scriptura dicat. Quia non iustificabitur in conspectu two omnia viuens. Bene ergo iustitia Dei, que in euangelio reculerat, diffinita est, dicendo. Iustitia ex fide in fidem, quia videlicet quod Dei filius incarnatus est, & quod in isto semine benedicuntur omnes gentes, ex fide est Dei, de quo scriptum est. Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Quia neq; David, neq; ceterorum peccatis offensus est sive transuersus, quin magna fide impleret, quod magna gratia promisit, & iustitia haec in fidem tendit, quia non propter opera, sed propter fidem possibile est exemplum coram illo iustificari, dicente scriptura. Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebis idcirco sic scriptum est. Iustus ex fide viuet. Quia propere solum Deum, qui solus sanctus est, in omnibus operibus suis, quicunque iustus est, viuit, non ex operibus, sed ex fide habet hoc ipsum, quod iustus ex fide viuit. Nam si quis velut operum iustitiam recte djudicare, non foris in oculo, sed in secreto conscientiae suae, nunquam improbat in fenerispo dictu à quodam. Quasi pánus mēstruarē vniuersitatis iustitiae nostrae.

Verbum Dei tam in Saul, quam in David, veritatis palma obtinuisse. CAP. XXII.

Igitur, quia ex fide in fidem, idcirco firma est promissio ipsi David, & ecce nunc viuit, nec vici, cuncti viuit, verum etiam permanet in abundanter gratia patriarcha, rex, & propheta. Patriarcha, quia promissio specialiter ad hunc post Abraham facta est, ut esset pater beatissimus quod est Christus, qui non erubescit vocari filius David, cum sit ipse dominus David, filius secundum carnem, dominus et secundum divinitatem. Rex idem, & non quomodo unius, sed secundum electionem Dei, & quod amplius & magnificenter est, secundum eum Dei. Quæsluit sibi dominus, ait Samuel ad Saul, virum iuxta eum suum, & præcepit ei dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non seruauerit quod præcepit dominus. Cuius rei Paulus quocum in actibus Apostolorum ita meminat. Et amio Saul suscitauit illis David regem, cui & testimoniis perhibens dixit. Inueni David filium lessi, virum secundum cor meum, qui facies omnes voluntates meas. Ille sermo longè ab electione Saul distinguit electionem David. Nam & illum elegisse dicitur dominus, dicente Samuele ad omnem populum, cū ille in medio staret aliorum vniuersorum populo ab humero & sursum. Certè videtis quem elegit dominus, quoniam non est similis ei in omni populo. Ergo & illum elegit quidem dominus, sed non secundum cor suum, simò secundum cor populi vanum & superbum, & secundum furorem suum. Ille namq; maxime vel in primis erat, super quo apud Ozee taliter Israelem increpat. Vbi est rex tuus & maximus nūc saluer te in omnibus verbib; tuis, & iudices tui, de quibus dixisti, Da mihi regem & principem? Dabo tibi regem in furore meo & auferam in indignatione mea. Illam quippe in tanto furore suo dedit, ut diceret ad Samuel. Non te a biecerit, sed me, ne regnum super eos, &c. Item in tanta indignatione illum abfusit, ut ille dæmoniacus fieret, sicut scriptum est. Spiritus autem domini recessit à Saul, & exagiebatur eum spiritus nequam à domino. Hæc nunc idcirco commemorauerim, ne vel in Saul verbum domini à propulo cedidisse, palmarum iustitiae videatur amississe, eligendo illum, qui electione dignus non fuerit. Propheta idem David, non qualicum, sed tam proprium, tam familiariter verbo Dei, ut si uiderem verbi persona propria (future incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis suæ) mysteria clarissima atque sonorissima loqueretur per os David, quia per os alicuius ex exteriori, cum suauitate harmoniacæ dulcedinis. Nunquid vel ista gratia post lapsum caruit? Non vix, nam docebo (inquit) iniquos vias tuas, subaudire, eadem qua prius prophetica gratia.

Quomodo apparet in duobus illis verum esse sapientie dictum: Melius est duo simul esse quam unum. CAP V T. XXIII.

Apparennunc in istis, quām veraciter sapientia dixerit. Melius est duo simul esse quam unum Eccl. 4. vnum, habent enim emolumenta societas suis, si vnum ceciderit, ab altero subleuantur. Vt soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem, & si dormierint duo subebeantur mutuo. Vnus quomodo calceret & si quilibet prævaluerit contra vnum, duo resistunt ei. In istis, inquit, selector in Saul, & in David apparer, quām vera, quām pulchra sint haec. Quid enim est vnum vel solum esse, nisi sermonem domini proiecitur? Et quid est duo simul esse, nisi sermonem domini in initio vite huius, sive in lectulo conscientie solum habere? Hoc multo melius est, nam. Vt soli (inquit) quia cum ceciderit non habet subleuantem, scilicet domini sermonem. Protecterat enim illum. Vnde & dictu 1. Reg. 14. Eij et ad

cit ad eum. Non reuertar tecum, quia proieciisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis rex super Israel. Porro Daud sermonem domini habuit sicutum in domo peccoris, in luto su-
Psalm. 50. dei. Duo igitur erant, videlicet ipse Daud, & sermo domini, unus cecidit, & ab altero fuicitur
Psalm. 76. est. Quid isto verius? Cecidit Daud, & a sermone domini, qui cadere non nouit, sicut est for-
titer innitens illi, & dicens Deo, Misere me, ut iustificeris in sermonibus tuis. Subleuatus est,
Psalm. 18. & dormierunt duo, & vixi in sincera vita ipsius Daud souebantur mutuo. Nam sermo domini
Psalm. 31. souebat Daud, tam nocturna, quam diuina meditatione sui, quemadmodum ille dicit. Et
Ecclesiastes. 4. meditatus sum nocte cum corde meo. Item, tota die meditatio mea est. Hoc erat soueri Daud,
2 Reg. 11. id est, delectari. Nam memor fui (inquit) Dei, & delectatus sum. Souebatur, id est, delectabatur
ipse sermo, videlicet requiescendo in suauissima humilitate Daud, dicens Deo. Memor esto
verbi tui seruo tuo. Item, Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam: quasi sui-
met negligens tantummodo de verbo Dei, verbo reprobationis, quod apud se habebat soli-
citus erat, ne obliuionis truderetur, non ignorans, quia custodiens & glorificant Deo verbum
hoc, ipse pariter custodiaret, & particeps existeret gloriae, iuxta quod illuc dictum est. Habent
enim emolumentum societas sua. Praevaluerunt quipiam contra unum, sed duo resisterunt ei.
Vnus namq[ue] tunc erat Daud, quando acciderat, ut surgeret de stratu suo post meridiem, & vi-
uox alterius incideret in concupiscentia eius. **Vnus** erat, qui a solita meditatione verbi Dei
animus eius fecellerat, & ob hoc praevaluit contra eum ille, qui per Nathan peregrinus dicitur,
scilicet diabolus a ciuitate & regno Dei alienus, sed resisterunt ei duo, de quibus iam dictum est,
& alter fulcitur est ab altero, quia subleuatus est Daud verbi Dei subtilio, ut persisteret in mul-
tipli gratia, propheta (ut iam dictum est) & rex, & patriarcha.

Salomonem habuisse quidem verbum Dei, sed non quievisse cum eo, & soueretur, id est, cecidisse, nec subleuatum esse.

CAPVT XXIIII.

AT ipse per quem taliter locuta fuerat sapientia, Salomon rex filius eius est Daud, multo
grauius cecidit, multo namq[ue] grauius est zelus idolatriæ, quam adulterii facinus sine
homicidio. Amauit mulieres alienigenas multas, & ita per illas depravatis est cor eius, ut Deos
alienos sequeretur, & colebat Asstartem Deam Sydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum,
& Moloch Deum Ammonitarum. Quid ergo dicemus? Nonne modo supradicti simul erant
duo? Perspicuum est, & negari non potest, quin fuerit cum illo sermo domini, quia de peccatore
& ore eius, tanquam de templo suo sole manifestaverit dictum & factum. Quomodo ergo ira cecidit
tanquam solus esset & subleuans non haberet? Ad haec inquam, Erant quidem duo, sed non erat
illis quia dormitio, ut dormirent pariter, & soueretur mutuo. Quidam alius intererat, & in-
terferebat semper inquietus & infestus, scilicet amor praesenti seculi, qui longe distinet a ver-
bo Dei. Ille in angulo absconditus non patiebatur, ut illi duo bene essent simul, & quieta dormi-
tione souerentur simul. Illum taliter scilicet seculi amor, ibi familiarem fuisse, & in cordis eius
mansione diu mansisse, illud satis innuit, quod iratus dominus super auersione Salomonis ta-
liter dixit. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pacrum meum, &c. Dicendo nang ha-
buisti hoc apud te, satis indicat non repentinam tentationem supervenisse, sed morbo inuen-
tato violosam eius intentionem fuisse. Quod etiam in eo sati animaduerti potest, quod cum in
initio magna dignatione apparet dominus discesserit illi. Petet quod vis ut dem tibi, & tanta
sibi oblatra gratia, posset aeternitate gloriae coelestis una petitione ad ipsa, qui summa bea-
titudo est. Ille temporali gloria delectatus, & apud homines volens haberi gloriiosus, leuciscu-
mediocre bonum petiuit. Dabis (inquit) seruo tuo cor docile, ut audiare possit populi tuu*m*,
& discernere inter bonum & malum. Et quidem bonum erat quod petiuit, & melius quam si
petiisset dies multis, aut tale quid, quod bonum quidem est, sed exile & infimum, & hoc magis
placuit domino, quod si petiuit, quoniam sic petiisset quid plam eiusmodi, dies multis, aut diuisitis,
aut animas inimicorum suorum. Sed cum non dixit, sicut dixerat pater eius Daud. Vnam peti-
tio domino, hanc requirebam, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vita mea: videlicet
quia cor eius non erat perfectum cum domino Deo suo, sicut scriptura testatur, sicut cor David
patris sui.

Propter peccata filiorum David, non aufersum esse propositum Dei, qui auferuerat illi.

CAPVT XXV.

NVMIGITUR vel in isto cecidit verbum Dei, & quod proposulerat Deus potuit auferre? Non
vtiq[ue], immo palam iustitia præclarus obtinet, scriptura sic determinante. Veruntamen
3 Reg. 11. (inquit dominus) in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum, de manu filii tui scin-
dam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter David seruū
meum, & Hierusalem quam elegi. Item ad Hieroboom. Nec auferas (inquit) de manu Salomo-
nis omne regnum, sed ducem ponam eum cunctis diebus vita tua, propter David seruū meū,
quem degi. Auferam autem de manu filii eius regnum, & dabo tibi decem tribus. Filio autem
eius

cius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Daud seruo meo cunctis diebut coram me in Hierusalem ciuiate quam elegi, vt esset nomen meum ibi. Cum haec dicas omnipotens Deus, vtq; tenetus fortitudine verbi sui, memor promissionis sua, vt sis vera & fidelis, iuxta memoratam superius causam, quam posuit ipse Daud. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Remanet igitur verbo Dei paima veritatis in ipso quoq; cau Salomonis. Porro, ipse Daud quanta est laus, & quanti praeconium meriti, quod fatetur Deus se propter eum seruare ciuitatem Hierusalem & tribum Iuda ad implendam promissionem veritatis, quae est incarnatione eiusdem verbi Dei de semine Daudi? Sic namq; loquitur, tanquam homo quippe grauior offensus, qui cum habeat causas irascendi, & sperata denegandi, tenerit tamen debitor ut det quanvis iniurias, quia promisit, quia iurauit. At ille non iniustus implere habebat, quod gratis promiserat, & promissum iuramento firmauerat. Quo ergo tendit, dum roties minister Daud in transgressionibus posteriorum eius & populi, toties ad iracundiam Deum provocantis, dicendo, quod propter Daud parcat, & non penitus eos delere velit & videlicet ut magis ac magis abundantia gratiae eius innorecat, vbi est abundans iniurias, & nulla ex operibus iustitia, sed de hoc iam latius supradictum est.

Cur iurare debuerit ac voluerit Deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his que loquitur absque interpositione suramenti.

CAP. XXVI.

CVR autem iurare debuerit, vel quam utilitatis rationem in iuramento suo fore consideret. Cravit Deus, quem impossibile est mentiri, etiam in his quæcunque loquitur absque interpositione iuramenti & Apostolus ad Hebreos evidenter exprimit. Quoniam (inquit) neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controvrsia eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes heredibus, immobilitatem consilii sui, interposuit iurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum forlatum habeamus. Hoc tale est, ac si dicat. Deus ante omnia fidem ab omnibus exigit, & sine fide impossibile est placere illi. Porro homines duri sunt, & tardi corde ad credendum. Maxima pars incredulorum est, qui omnino non credunt. Et de aliis quidem non adeo mirum, licet sit damnable malum, de ipsis vtrung, qui promissionis heredes esse debuerunt, quorum partibus promissio facta est, & firmata per iuramentum, magis tamen mirandum, quod sine vel fuerint adeo increduli, ut maximè de illis scriptum sit. Generatio prava & exasperans, generatio quae non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritu eius. Porro ipsorum, qui quodcumque credituri erant, sciebat idem Deus difficiles fore ad credendum, sicut & fuerunt, & vixit quorum optimis magna increpatione ab ipso domino dictum est. O stulti & tardi corde ad credendum omnibus quae locuti sunt prophetæ. Igitur quia omnis controvrsia hominum finis, ad confirmationem est iuramentum, ut vel sit incredulitati ponentem finem, ut vel sic vigilarent homines ad audiendum, & sentirent fore immobile Dei consilii, interposuit iurandum. Proinde cum dicit ipse: Sit autem sermo vester, est est, non non. Quod autem his abundantius est, à malo est, recte subaudit illius, cuius incredulitas sive disdientia iurare competit. Sic namq; intelligendo quod dixit, à malo est, humiliter in ipso iuramento Dei nostrorum culpamus tarditatem ad credendum, quod vtq; malum est, quia cum impossibile sit mentiri Deum, etiam cum non iurat, pauci comparatione & incredulorum crediderunt, in eo quod per semetipsum iurat.

Quid ex causis maxime digni fuerint Abraham & David, verbo promissioni cum iuramento reppromittere.

CAPVT XXVII.

QVIBUS vel ad quos iurauit in promissione feminis, quod est Christus & Duo sunt patriarchæ magni, Abraham atq; Daud, & magna quidem gratia iurauit. Et hoc ante omnia patrarchæ. Scire debemus, quia fecit hoc ex gratia sua magis quam ex ipsorum meritis. Veritatem eadem eius gratia præveniente aliquo modo ad hanc dignitatem luere preparati, ut dignaretur Deus iuramento sese obligare cum illis. De Abraham manifestius illud est, quoniam sive obtulerit illi Isaac, cum tentaretur, & vrigenitum offerebat, qui suscepserat repromissiones, ad quem daturum est. Quia in Isaac vocabitur tibisben, arbitramur quia & a mortuis suscitare potens est Deus. Ob hanc rem iusta gratia Deut, quod dudum absque iuramento promiserat, cum iuramento reppromisit, in feminis eius benedicendas fore omnes gentes, vtq; lexem Christus est. Porro de Daud querendum, quam ob virtutem maximè deus illum dignum iudicauerit, ut iuraret illi, sicut testatur ipse, & iam supra memoratum est. Et quidem non ita manifeste de illo scriptura resert sicut Abraham, quod dixerit illi deus. Per semetipsum iurauit, quia fecisti rem hanc vel illam, De fructu veneris tui ponam super sedem tuam. Sed ratio docet, non multo minor esse merita, pepercisse inimico propter deū, quam non pepercisse vngenerito filio propter deum. Hoc fecit Daud inimico suo infestissimo, querenti anima suam, inimico regi, cuius regnū

E iii fine

Gen. 22.
Hebr. 11.

sine dubio se suscepturn sciebat, sibi pepercit vbi quærebat animam suam, quod eatenus fuerat inauditum, sicut testatur & ipse Saul, admirans, & dicens ad eum. Quis enim cum inueniret inimicum suum, dimitteret eum in viam bonam? Ob hanc maximè causam iuratum illi esse abierat mur, quod fœmen vel cato eius assulmenda fore in filium Del, Quia maximè causa illa facit filios Dei, sicut testatur ipse dominus, cum dicit. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in coelis est. Dilexit inimicum, benefecit illi, non solum pariendo cum occidere posset, verum etiam plangendo, cum ille occisus fuisset, & sicut iam dictum est, maximè pro causa huiusmodi tali iuramento Dei dignus exitit.

QVARTI LIBRI FNTS.

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE VICTORIA VERBI DEI,

LIBER QUINTVS.

Quomodo secundum caput draconis, vitulus scilicet, sub Ieroboam denuò fuerit erectum.

CAPVT I.



Nterea draco ille magnus, serpē antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, cernens proficere promissionis verbum, vrpote iam post Abraham, secundo in David iuramento firmatum, magnum inuidiæ fœminis incendium versabat, magno veneni sui stimulatus ardore totus in fœminis futebat. Sed quid ageret? Dudum exarmatus capite, quod primū erexerat, scilicet et regno Aegypti, quando submersus est Pharaon in mari cum curribus & equis suis, caput aliud non habebat quod erigeret, id est, regnum aliud, per cuius potentiam saevire posset ad excidium generis, ex qua implendum erat in dictum verbum promissionis, quinimum iam regnabat ipsum verbum in David patre, quod futuri erat lux carnis, & idem pater eius fœpatri tenens imperij, focus atq; bellicis, exercebat præliis, glorificabatur victoris. Vnde & securius citharizabat psalmes ille, Verbum Dei sonis condecorat musicis. Ardebat igitur inuidiæ veneno, quo & ipsius David penè omnē domum conflagauit, dū & ipse pariter adulterii simul & homicidiū crimen incidit, & de filiis eius vnu, Absalon cruentus fratre interempto, in ipsum parrem arma arripiuit, expellente eum de regno, & animad eis querens, vt regnaret pro illo. Quod si peractum fuisset, iam profecto serpens illud caput haberet, per quod verbum Dei in pugnare, memoriamq; eius sece abolere posse speraret. Non ita euenit, sed Absalon mortuo, & David vitā cum pace compleuit, & succedens ei filius sensatus, Salomon, cum pace regnauit, & domum pacis nomini domini ædificauit. Tandem peccatum eiusdem Salomonis, maligna eiusdem serpenti intentione adiunxit, vt scinderetur regnum Israel à domo David, iufice pro Ieroboam filio Nabioth, qui & cōtinuò duos vitulos aureos fecit, & dixit. Ecce dū tui Israel, qui educerent te de terra Aegypti. Ibisse erexit secundum caput draconis, & in illo capite fasces fuit vituli cornuti, cœpitiq; cornupera esse diabolus, agendo & compellendo per vim regiam, vt vitulorum simulachra pro Deo coletentur.

Quānū etiā Baal servierint, et adorauerint, vitulus amē caput idololatrie fuisse.

CAPUT II.

Vnctum putas cōtra verbum domini vitulus ille, imo in vitulo diabolus, ipse vibratis cornibus insaniens, Domine, inquit Helias, altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & ego derelictus sum solus, & quærūt animam meam. Iam quidē Israel colebat etiam Baal, agente lezabel. Et hoc addidit, inquit scriptura, Achab in opere suo irrita dominum, quod scilicet seruuit Baal & adorauit illum. Sed omnis idololatriæ caput in Israel erat cultus vitulorum. Nam & Baal & cætera portenta dæmoniorum ab aliis gentibus suscepserunt, vitulum autem vt coletent, reges Israel à fœminis excoigauerūt, & in illo sceleres omnes perfuerauerunt. Vnde in Olee, cum dixisset dominus de regibus & principibus suis, quequo non poterunt emundari, cōtinuò causam istam subiunxit. Quia ex Israel ipse est, artifex fecit illum, & non est Deus, subauditur vitulus, de quo pcamiserat, Proiectus est vitulus tuus Samaria. Et est sensus, Idcetero reges & principes Israel nō possunt emundari siue reuocari à cultu vituli, quia non per ignorantiam in illo peccant, sed per malitiam, & non ab exterris gentibus decepti cultum illius suscepserunt, sed à fœminis excoigauerūt. Vnde & cōgruē dictū est, Artifex scilicet Ieroboam, fecit illum, sicut scriptum est. Dixit Ieroboam in corde suo. Nunc reueretur regnum ad domū David, si pcederit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem, & excoigatō cōsilio fecit duos vitulos aureos. Artifex ergo fecit illum, quia Ieroboam

excor-

Exod. 12.

3. Reg. 12.

4. Reg. 19.

Offr. 8.

3. Reg. 12.

excogitato consilio fecit eum. Igitur quāuis Baal, & multa alia idolatrie monstra fuerint in Israël, tamen vitulum illū idolatriæ caput recte dixerim, quia videlicet cætera portera Israël ab exēris gentibus accepit, & à cultu illorum aliquoties cohibeti potuit. Nam & Baal Iher de-leuit de Israël, sed vitulos à semetipso Israël excogitauit, & neq; Iehu, nec quicquam regum Israël à cultu illorum vñquam recessit.

Hoc caput tametsi mite videatur, tamen æquum & reliqua pernitosum fuisse populo Dei.

CAPVT III.

QUæ autem facies ex omnibus capitibus, siue faciebus aduersari saepe dicta tra-potuit mansueta videri, ut ista facies vituli? Facies aliae truces sunt, scilicet facies draconis, facies leonis, facies vrsi, facies pardi, facies bestie terribilis & fortis, dentes ferreos habentis, comedentis atq; cōminuentis, & reliqua pedibus conculcantis, per quæ significari iā diximus regna, quæ contra promissionis verbum persequefactionem secerunt, regnum Aegyptiorum, regnum Babyloniorum, regnum Perfatum & Mordorum, regnum Graecorum, regnum Romanorum. Facies ista vituli, facies est mitis, per quā (vt dictum est) denotatur regnum Israël, ex quo lerobœ *Vitalita-* vitulos aureos fecit. Num ergo sicut facies illa, mitior est faciebus illis, ita regnum Israël mitius cies mutu-*Reg. 12.* quā illa regna egit, minus nocuit? Imò quanto magis domesticus erat, tanto maiora damna fecit, tanto magis domum subvertit. Quid enim vel quātū fuerat actū, dū oculis prophetis domini, & omni populo sequente imperiū Iezabel & Achab, soli se derelicti putaret. Helias, huc superercent lepē millia virorū, quoruū genua non sunt incurvata Baal & Er quidē Baal de-leuit Iehu de Israël, vt iam dictum est, sed cultus vituli & populum cū regibus irreuocabiliter caput mense tenuit, & tantū efficerit ut translatus Israël de terra sua, corpore quoq; captiuus fieret, captiuitate insolubili prædicente domino in Osee. Quia non addam ultra miseriū domum, *Osee 1.* Israël, sed obliuione obliuiscar eorū, & domui Iuda miserebor, id est, decem tribibus sub Assyriis, in perpetua & captiuitate permanentibus, tribum Iuda de Babylonica captiuitate reuocabo, post septuaginta annos. Cætera regna Israëlem in corpore percusserunt, regnum Israël in anima semetipsum occidit, occidendo prophetas domini propter vitulos, quos nullus ex regibus Israël relinqueret voluit. Habebat etiam cum regia vi quādam hypocrisim. In quo ē in eo vide-*Reg. 13.* licet, quid ore retinebar, & commemorabar beneficia Dei. Per hoc nequissime peccans, quod filii beneficia mitis & inanitantes ascribere vitulorum simulachris dicēdo. Ecce dī tui Israël, quide eduxerunt de terra Aegypti. Et celebrabat diem solennem, in mense octauo decisi-*Reg. 12.* moquino die mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebrabatur in luda.

Quodnam primus verbi Dei bellum aduersus hoc caput fuerit. CAP. IV.

Quando ergo nequior erat hostis, tanto maior, tantūq; promptius oportebat adesse præsidium verbi Dei. Et ita factum est. Tunc enim plures atq; crebriores prægili sui tubas feci audiri verbum domini, scilicet prophetas quos misit, addendo cum vocibus eorum virutem in signis atq; prodigijs. Initium duelli, primaq; congreßio verbi domini & huius capituli, id est, regni Israëlici talis fuit. Ascendente leroboam super altare vr adoleret incensum, & ecce vir Dei venit de Iuda in sermonem & domini, & exclamauit contra altare, & alt: Altare altare, haec dicit dominus, Ecce filius nascetur domini David, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdos excelsiorum. Et deinceps. Hoc erit signum quod loquutus est dominus. Ecce scindetur altare, & effundenter cinis qui in eo est. Extendente autem leroboam manum suam de altari, & dicente, Apprehendite eum, exaruit manus eius, nec valuit eam retrahere ad se, altare quoq; scilicet eius & cibis eius cinis de altari iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone domini. Post hunc adhuc viuebat Ahya Silonites, qui loquutus fuerit leroboam, quod regnaturus esset super Israël. Ille loquente in se domino. Ego (inquit) ad leroboam missus sum, durus nuncius, qui mortuus fuerit de leroboam in ciuitate, comedent eos canes, qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli, quia dominus loquutus est, & cetera. Post illum fuit Iesu filius Anani, ad quem factus est sermo contra Baala, qui percusserat Nadab filium eiusdem leroboam, iuxta eandem sententiam. Qui (inquit) mortuus fuerit de Baala in ciuitate, comedent eum canes, & qui morruis fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli. Post hunc verbi Dei vexillum erigens igneo curru triumphabat Helias, deinde Helizlaus, simulq; filii propleriorum plurimi, ex quibus centum viros pauit Abdias seruos domini in speluncis, cum interficeret Iezabel prophetas domini. Deinde & hi quorū extunc libri proprii, quorum si tempora consideres secundum gesta titulū ofç libris præfixos, planè perpendis, quia verbum domini nullus regum tempore propositum neglexit, semperq; diaboli mendacium in idolis, veritas Dei redarguit in prophetis.

Quod tenuit primus pro refusimo verbi Dei occubuerit.

CAP. V.

Quis primus in illo conflictu sanguinem suū fuderit, & pro refusimo verbi Dei occubuerit, manus peruvulgatus est à venerabilium doctorum scriptis, quā cupit diligens quispiam E IIII spes

3. Reg. 16. spectatoe huiuscemodi p̄t̄li, cum de nomine eius scriptura non tacuerit. Hic enim dictus est Iehu filius Anani, cuius scriptura ita meminit, ut iam dictum est. Factus est autē sermo domini contra Baala, dicens: Porro quod exaltauit te de puluere, &c. Post quā ita subiungit. Cum autem in manu Iehu filio Anani prophetæ, verbum domini factum est contra Baala, & cōtra dominum eius, & contra omne malū quod fecerat coram domino, ad ieritandum eū in operibus manuum suarū, ut fieret sicut domus Ieroboā. Ob hanc causam occidit eū, hoc est, Iehu filius Anani prophetæ. Splendide illū scriptura sacra nominauit, ita tertio loco replicat̄ occidit eum, hoc est, Iehu filius Anani prophetæ. Et sciendum, quod nullū ante hunc ab initio promulgatio nominatim tradid̄ scriptura, oculū fūlī propter verbum domini. Optaret ergo diligens spectat̄ et ceteraminis verbi domini, ut sicut post Abel Zacharias filius Barachie, quē occiderūt inter templū & altare: ita & iste peruulgatus esset proprio nomine, quia verē non parui est meritū, cuius à sanguine primum accepit dñaco ille magnus, quod rufus mereretur eſe & dici. Tenor propositi nostri notiorē nunc eum nobis reddidit, quia videlicet vbi sermo eſt, vel opus de victoria verbi Dei, latētē non debuit ita qui sanguinem fūdile primus legitut in p̄lō verbi Dei, dum contra hostem antiquum proficiat̄ citur, missus ut fidelis legatus verbi Dei.

Quod mysterio non careat, à leone prophetam in via occisum. C A P. VI.

3. Reg. 13. **I**gitur, quoniam hic primus est illorum, qui verbo Dei suū in officio prophetali sanguine impendetur, perpende nunc quām pulchrū, quām congruum p̄cepsit, ad gloriam ciudē verbū pertinens mysterium. Ille vir Dei qui venit de Iuda, in sermone domini in Bethel, ut supra dictum est, Ieroboam stante super altare, dixit. Altate altare, ecce filius nascetur domui Daud, Iosias nomine, & immolabit̄ super te sacerdotēs excelsorum. Ille, inquam, mādatum accepérat in sermone domini p̄cipiens. Non comedes panem, neque biberes aquam, nec reverteris per viam qua venisti, sed teflik eū prophetes senex, qui habitabat in Bethel, ut comedet̄ panē & biberet aquam in domo eius. Propter hoc inueni eum leo in via, & occidit, & cadaver eius erat proiectum in itinere. A sinus autem stabant iuxta illum, & leo stabant iuxta cadaver. Forma hæc mystica est, & p̄dicti sancti prophetæ Iehu filii Anani, & omnium sanctorum & prophetarū, qui occili iunt vel occiduntur, propter testimonium ciuidēm verbi Dei. Quibus ipsum verbū incarnatum dicit, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post huc non habent amplius quid faciant. Ille nanc̄ leo qui occidit, & iuxta cadaver stet, diabolus & satellites eius impios homines signat, per quos cum sanctorum corpora occiderit, fiat, nec potest ad nocendum progredi ultra, quia diabolus nec manducare nouit corpora, cum ipso in spiritu, nec consequi potest animas extra corpus, quas in corpore perseguitur. Si quid ergo peccari ex carnali commaratione serui Dei contraixerunt, & hoc inimicis aliquando permittitur occidere corpora eorum, illa contentus sit poena, si etq; iuxta cadavera, id est, nihil amplius vel animabus, vel etiā corporibus, quin resurgat se posse nocere sciat. Nec enim efficere potest, ut saltem corpora moriendo pereant Deo. Quod pulchrit̄ signatum est per hoc, quod occulū non deuorauit, sed iuxta cadavera stetit leo.

Quid duodecim scissure pallij Ahiae Silonitæ significarunt. C A P. VII.

Porrō verbum Dei sicut potestatem habet postquā occiderit, mittere in gehennam, sic potestiam habuit postquam prophetæ mortui vel occisi fuerunt, eorum nihilominus implete prophetiam, id est, demetere posteriora tegum impiorum, ut qui moreretur ex eis in civitate, comedenter eum canes, & qui moreretur ex eis in regione, comedenter eum volucres coeli, sicut p̄dixerat iam dictus prophetæ Iehu filius Anani de Baala, sicut p̄dixerat at Ahias Silonites de Ieroboam. Non leviter attendendum, nec enim patrum p̄spectat̄ ad gloriā verbi Dei, semper veri, semper vincentis, cui videlicet verbo vincere est, quicquid dixerit verum fieri, veritatemq; eius pulchrit̄ cōmendat illa, que tunc siebat multiplex Israelitici scissio regni. Iam dictus Ahias Silonites, quale Ieroboam mox futuro regi p̄tagium regni dederat, apprehendens pallij suū nouū, quo opertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad illū. Tollite tibi decem scissuras. Hæc enim dicit dominus Deus Israhel. Ecce ego scindam tegnum de manu Salomonis, & dabo tibi decē tūbus. Quid sibi hoc voluit, quod nō ita duas tantū ex uno pallio fecit scissuras, sicut duo tantū ex uno populo siebant regna? videlicet quia sic futurū erat, ut regnū scissum à domo Daud, quod dimiscebatur eidē Ieroboā, scinderetur decies, & ita factū est. Prima namq; scissio facta fuit in ipso Ieroboam. Scindita in Baala, qui percussit Nadab filium eius, & regnauit pro eo. Tertia in Zambti, qui percussit filium Baala, & regnauit pro eo. Quarta in Ambris, qui ad mortē persecutus est Zambri. Quinta in Thebin filio Gynet, qui percussit idem Ambris pater Achab. Sexta in Iehu filio Namli, qui percussit Ioram filium Achab, & regnauit pro eo. Septima in Sellum, qui percussit Zachariam prōp̄torem Iehu. Octaua in Manaem, qui percussit Sellum, regnauitq; pro eo. Nonna in Facee, filio Romeliz, qui percussit Faceiam filium Manaem, regnauitq; pro eo. Decima in Osec, qui percussit Facee filium Romeliz, regnauitq; pro eo,

pro eo. Vel certe quomodo Thebin, in quo quintam scissionem diximus non saltem uno die regnasse, sed tantum media pars populi eum secutus fuisse legitur, ut regē constitueret, nec prævaluuit. Omnis illo, quinta scissio fuerat in Iehu, sexta in Selliū, septima in Manaem, octaua in Facie filio Romelie, nona in Osee, decima in rege Assyriorum, qui Israelem scissum à Deo, sed dit etiam à loco vel terra sua, transfusilicet in Assyrios. Igitur sic est, ut ipsum verbum dixit: *Omnis regnum in seipsum diuidum, desolabitur, & dominus supra domum caderet. Et sicut scriptura Lc. 11. veridica prædixit. Verbum autem domini manet in æternum. Quia & cōplet verba prophētārum suorum, postquam illi mortui vel occisi exaruerunt tanquam scēnum, & ipsos faciet resurgere fortis & excelsos super ligna cedarorum.*

*Deum iusto iudicio regem Ieroboam super Israhel constituisse, non ut peccare ficeret,
sed quis peccatari erant.*

CAP. VIII

Dicit aliquis, Quomodo iustificabitur? quomodo palmam veritatis hoc verbū in eo quoq; obtinebit, quod talerū hominē Ieroboam regē super Israhel ordinauit? Sciebat aut ne sciebat, quod ille facturus esset Israhel peccare? Si sciebat, cur illum ordinabat, & quo iure puniebat? Si ne sciebat, quomodo vincit semper cum iustitia? Vel error aut insīcīa ad victoriam non pertinet? Ad hanc inquit, Non ne sciebat verbum & sapientia, sed optimē sciebat, & tamen in iudicando integrā illi est veritatis & iustitiae palma. Iudicio hoc nanc̄ fecit, & iudicium eius non in hac re penitus later. Quamvis iudicia eius sunt abyssus multa, quamvis sint incomprehensibilis, carmen quædam sunt que ex nonnulla parte possunt cognosci, illa videlicet, quorū causa ore suo aperte dignatur. De quibus Psalmista dicit: In labiis meis pronunciavi omnia p̄alm. 118. iudicia oris tui. Quia tandem ex causa iudicatus est, vt talis daretur rex, qui peccare ficeret Israhel: illa videlicet, quia peccare volebat Israhel. Ex quo putans voluntatem peccandi habuisse Israhel, & ex eo, inquit Moles, die, quo egressus es ex Aegyptō usque ad locum istum, semper Dmter. 9. aduersus dominum contendisti. Hac & cetera cum dicis, quibus virgue dictis de reatu vituli illos accusat, quem fecerunt in Horeb: manifestum est, semper illos ad eandem proclives fuisse idolatriam, præsternitum cum & in propheta Deus ipse dicat. Nunguid hostias & sacrificiū ob Amos 5. tulistis mihi in deserto quadriginta annis domus Israhel & portavistis tabernaculum Moloch idolo vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydoni Dei vestris, quod fecistis vobis? Propter hoc Mosen & Aaron lapidati voluerunt: propter hoc Samuelem, imo & in Samuele domini, sicut & ipse testatur, abiecerunt: propter hoc David perfecuti sunt, & de regno eiecerunt. Propterea eos dixerunt. Non est nobis pars in David, nec hereditas in filio Iisai, quia peccan 2. Paral. II. di voluntarem habebamus, & sub sanctis principibus peccandi facultatem non habebamus. Quod ergo tandem Ieroboam datus sum, sub quo vel cum quo vitulum sibi pro Deo statuerunt, licet facere experant, quando ex Aegyptō egressi sunt, iudicium exitit iudicium verum, quod in Ofer 4. alio propheta dicit. Particeps idolorum Ephraim dimittit eum. Et si queras, cur dicat: dimitte eum, subinde cauam reddens, dicit: Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad dominum, iusti iudicetur iudicis est, quod dimitit eos secundum desideria cordis eorum, ut irent in adiunctionibus suis. Gratuitè vero misericordia erat, quod pro illis qui ignoranter errabant sollicitus loquebatur in prophetis, siebatq; ad eos verbum domini armatum signis & prodigiis, ut cognoscerent ex operibus, quia dominus ipse est Deus, dominus ipse est Deus.

Heliā prophetam, ne ignorantes simul cum impio errarent, a Deo mis̄sum esse,

CAPVT IX.

Cum signis nanc̄ & prodigiis, & cum fortitudine zeli tunc sese exhibuit verbum Domini Eccl. 4.8. vehementius in Heliā, de quo in laudibus patrumita veraciter dictum est. Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum ipsius tanquam facula ardebat. Verbo domini continuis cœlum, & desecat à se ignem terræ. Sic amplificatus est Heliā in mirabilibus suis. Et quis potest similiter gloriari tibi, haec vt dicteret, scilicet Heliā surrexit quasi ignem, & verbo eius quasi faculam ardenter? In admirationem ille sapiens excitatus est, pro eo quod de eodē Heliā 3. Reg. 17. sic repente scriptū est. Et dixit Heliā Thesbites de habitatoribus Galaa ad Achab: Viuit dominus deus Israhel, in cuius conspectu sto, si erit annis bis ros & pluvia, nisi iuxta oris mei verba. Ita repente illatus est Heliā, vt quādmodum dixit Apostolus de Melchisedech, ita & de isto, Melchis. 5. si sese prebūsset occasio, dicere potuisset. Sine patre, sine matre, sine genealogia, nec initiu diebus, Hebr. 7. nec finē vita habens. Sicut enim illius, ita & illius patrē & matrem & genealogiā & numerum annorum scriptura tacuit, & finem vita non habuit, quia receptus est (aut idem qui supra) in turbine ignis, in currū equorū igneorum. Quam receptionem eius si ritē perpendis, etiam illud apponere licet, quod adhuc dictum est de Melchisedech, affinolatus autem filio dei manet sa. Melchis. 2. cēdos in æternum. Sacerdotem nanque hunc fuisse constat, quia scriptum est, ubi, quando, & deob Dei quomodo holocaustum obtulerit, & (licet iam dictum est) receptū est in turbine ignis, atq; ita affinolatus, affinolatus p̄bō.

assimilatus est filio Dei, vero & xterno sacerdoti in coelum ascendisti. Plura de hoc dici poterant, veruntamen pro praesenti propoiso hoc tantu dixerim, quia dignè feme*ti* ipso fecit verbū & veritas Dei, quod tali in tempore, quando lezabel cum Achab, & cum vitiali Ierooboam acescerat Baal, taliter per hunc virtutem suam notam fecit, propter eos qui ignorabant, & errabant, ne simul cum impiis in eandem deciderent perditionis fouam.

Que miracula fecerit Helias, & quod spiritus Heliae duplex in Heliseo, duplicato miraculorum numero, comprobetur.

C.A.P. X.

2. Reg. 17.

4. Reg. 2.

Helie mira-
cula.Helisei mi-
rabilia.

4. Reg. 2.

Vigilanter hoc animaduertendum est, quia propter causam eiusmodi tam vtroneus ad operandas virtutes feme*ti* ipsum ingessit ita incipiens. Vtior dominus, in cuius conspectu, ficerit annus his ros & pluvia, nisi fuxta oris mei verba. Et in Heliseo causa eadem consideranda est, dicente, Obscuro, ut fiat spiritus tuus duplex in me. Hoc intendeant, ut operando mirabilia conuincerent impios, quod nec vieulus, nec Baal est Deus, sed dominus ipse est deus. Et reuera ita factum est. Spiritus Heliae, id est, operario virtutum, que in spiritu domini data fuerat Heliae, duplex in Heliseo facta est. Duplicata nāc numero miracula fecerit Heliseus supra quām Helias, etenim si ritē numeres, Helias octo, Heliseus sedecim miracula operatus est. Primum Heliae fuit, quod verbo continuo coeli ne plueret. Secundum, quod coru pauerunt eum. Tertium, quod apud viduā, quae palcebat eum, fuxta verbū eius, hydria farinæ nos defecit, & lecythus olei nō est immunitus. Quartum, quod mortuū eiusdem viduā filium resuscitauit. Quintum, quod cum efferentem holocaustum exaudiebat dominus per ignem, vidente populo, & dicente. Dominus ipse est Deus, dominus ipse est Deus. Sextū, quod orante illo, fūcta est pluvia grandis. Septimū, quod pallio suo percūtīt aquas diuisit, & trāstūt eū Heliseo. Octauū, quod currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtruncū, & alcedi Heliae per turbinem in celum. Protinus Helisei primum, quod pallio Heliae percussit aquas, & diuisit sunt. Secundum, quod aquas pessimas & terram sterilem sanauit. Tertiū, quod illudentes ei pueros virū lacerauerūt. Quartum, quod congregatis tribus regibus, Israel, & Iuda, & Edom, cum non esset aqua exercitū, fossas hieri iussit, & repleta est terra aqua. Quintum, quod mulieri viduā ex modico oleo vala non pauca impletuit. Sextum, quod mulier, quae illi ministrauerat, & non habebat filium, conceperit, & peperit in tempore & hora, quam illi predixit. Septimū, quod mortuū eundem puerum reliuicit ait. Octauū, quod in olla eremita gufius amarillimos dulcorauit. Nonū, quod de viginti panibus ordeatis comedenter fuxta verbum eius centum viri, & superfluit. Decimum, quod Naaman principem militis regis Syriae per lauachrum aqueū à leprosa sua curauit. Undecimum, quod Iehu egreditus ab eo, factus est leprosus quasi nix. Duodecimum, quod eo mittente lignum, terru quod elapsum fuerat, super aquam natavit. Tertrumdecimum, quod missos contra eum Syros dominus, orante illo, cæcitate percussit, donec introduceret eos in Samariam. Quartumdecimum, quod ioluta obsidione Samariae, duo modii hordei statere uno fuerunt, & modius simili statere uno secundū sermonem eius in porta Samarit. Quintūdecimum, quod dum ægrotaret, psalmum fecit regi Israe, quod tribus vicibus Syriae percussit uersus. Sextumdecimum, quod cum mortuus esset, proiecutum est eadauer hominis in sepulchru eius, & cum tergitisset ossa Helisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos.

Quid & quando profecerim in populo, Heliae & Heliseus prophete.

C.A.P.VT XI.

2. Paral. 24.

3. Paral. 22.

Et quidem in omnibus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis, id est, à vita tua, quos fecit Hieroboam vñq dum abieci sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnē terram. Veruntamen Baal deletus est de Samaria, & de Hierusalem, nam eum in Hierusalem profluxerat sacrilegium lezabel, quia videlicet Athalia filia lezabel & Achab, vxor fuit Ioram, filii losaphat regis Iuda, de qua sic scriptum est in Paralipomenon. Athalia enim impissima, & filii eius destruxerant domum Dei, & de vniuersitate, quae sanctificata fuerant templo domini, ornauerant phanū Baalum, De vñq deletus est Baal, id est, de Israel, & de Iuda. De Israel per Heliam & Heliseū, ut mirabilia præscripta operari sunt. De Iuda vero per Heliam. Illic quoq verbi Dei ministeriū, sicut scriptum est, Allatq autem fuit ei, videlicet Ioram filio losaphat litera ab Helia propheta, in quibus scriptum erat. Hec dicit dominus Deus Israel, Deus David patris tui, quoniam non ambulasti in via losaphat patris tui, sed incessisti per iter regū Israe, & fornicare fecisti Iudam, & habitatores Hierusalem. Ecce dominus percutiet te plaga magna cū populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersac̄ substantia tua, tu autem ægrotabis pessimo languore veteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies, fuxta verbi hoc factū est. Ille nāc videlicet Ioram, filius losaphat, rex Iuda, per duorum circulum annorum sic longa consumpsit abe, ut egereret etiam vñcera sua, languore pariter & vita caruit, & vxore eius Athalia glas dō interiecta, ingressus est loquida pontifex, & omnis populus domū Baal, & destruxerunt eam, & alta-

& altaria ac simulachra illius confregerunt. Mathan quoq; sacerdotem Baal, interfecerunt ante aras. Porro in Israël idem Helias, prophetas Baal quadrungentos & quinquaginta viros vnde interfecerat, & eos qui superuerant omnes prophetas, vniuersos feruos, & cunctos sacerdos tes Baal interfecit, & ad eum eius destruxit, statuamq; combustis, & communis lehu, quem vice eiusdem Helias in regem Heliseus vxerat super Israël. Helias nanc; dominus iussorat, vt vngere tundens lehu, & hoc ministerium Heliseus implevit, super quo praecepérat dominus Helias. Helisaurum autem filium Saphat, qui est in aula, vngui prophetam pro te. Itaq; Baal de Iuda & de Israël deletus est, per fortissimum zelum verbum domini in ore Helia flaminis, qui videlicet Helias, sicut de illo veraciter dictum est, quasi ignis erat, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

3. Reg. ii.
Esd. 4. 48.

*Quare & clavis domini propter Baal amplius, quam propter vitulos aureos, in
Helia exarsero.*

CAPVT XII.

Qui causas rite p̄p̄pendit, amplius veneratur ignem facula tam vehementer ardenti zelum verbum doministarum fortior de cultoribus Baal, sese viciſcentis. Quenam causas erant, vt propter vitulos, quos fecit Hieroboam, minus, & propter Baal amplius zelus retinēt videlicet, quia cultus vitulorum intra Israël continebatur. Cultus autem Baal de domo Iezabel & A chab, per iam dictam Athaliam vñq; in Hierusalem, vñq; in domum David pro fluxerat, vnde promillio, id est, verbidomini incarnatione sperabatur adimplenda, iuramento ipsius firmata. Ibi amplius fides vel expectatio promissionis pericitabatur, per sacrificium Baal. Nam vitulos Hieroboam nullus coluit regum Iuda, & idcirco cultus eorum contra promissum minus perniciosus erat, solummodo tribubus illis contentus, quarum ex nulla Citharus nasciturus erat. Igitur vbi Baal superuenit, recte, iustē, & laudabiliter exaruit in propheta suo verbum domini tanquam ignis, gladiumq; arripuit, & languinem impiorum effudit. Gladium nanc; arripuerat ipse Baal ad interficiendum omne semen David, vnde iuxta promissum, iam dicta incarnatione domini futura erat. Sic enim scriptum est: Siquidem Athalia videntis mortuum eius filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Quod dicit omne semen regium, p̄nes reges, id est, Davidicē stirps malefici vult intelligi, vnde semel Abraham, quod est Christus, p̄terdictum atq; præscriptum fuerat, iurante domino, deberet nasci. Proinde considerandum, quod non parve vel toleranda impunitas fuerit Baal sacrilegium, cuius cultu & anima, tam in Iuda, quam in Israhel peribat, & antiquus draco diabolus tendebat auferre seminariū latutus nostris, instigando Athaliam, cultricem eiusdem Baal, vt interficeret & interficiendo auferret sacram Davidicē generationis lineam.

Promissio -
nu expedita
tarior periodi
caritatis.

*Domum in terra & in verberibus visitasse peccata domus David, misericordiam
verō non disperisse ab eo.*

CAPVT XIII.

Considerata tali ac tanta iustissimi zeli causa in fortissimo atq; sanctissimo declamatore ver psal. 50. obli domini Helia, rursus ad memoriam tediit illud eloquium rationabile, & præclarū Davidicē orationis. Miserere mei, vt iustificeris in sermonibus suis & vincas cum iudicaris. Ser psalm. 58. monem ipsorum hic liber reminiscit, in quibus Deus volebat iustificari, & vincere atq; obtinere palmam veritatis. Quinam sunt sermones illi: Si autem (inquit) dereliquerint filii eius legem meam, & in iudicij meis non ambulauerint, si iusticias meas prophanauerint, & manda mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispargam ab eo, neq; nocebo in veritate mea, neq; prophanabo teſtamentū meū, & que procedit de labore meis, non faciat irru, semel iurauis in iuncto meo, si David mentiar: In his sermonibus suis, tunc profectio Deus vera & magnifica iustificatur est, & splendide vicit. Tunc enim filius David maximē legem Dei dereliquerat, & in iudicij eius non ambulabat. Iusticias eius prophanauerat, & manda eius non custodierant, quando supra memoratus lorā filius losaphat, occisus omnibus fratribus suis, ambulauit in viis regum Iuda, sicut egerat dominus Achab, cuius filiam Athaliam vxorem habebat, & seruulū Baal. Eiusmodi iniquitates & peccata filiorum David, dominus in virga & in verberibus visitauit, misericordiam autem suam ab eo, subaudit Daud, non dispersit. In quo misericordiam suam ab eo non dispersit. In quo telearuerat: In eo nimisrum, quod cum Athalia videntis (vt iam dictum est) quod mortuus esset Ochozias filius suus, surrexit, & interfecit omne stirpe regia domus lorā. losabeth vero filia regis culti los filii Ochozias, & furata est eū de medio filiorū regis cū interficeretur, absconditq; eū cū nutritrice sua in cubiculo lectorū. losabeth autē quæ abscondit eū erat filia regis lorā, vxor lorā pontificis, iorō Ochozias, & idcirco Athalia nō interfecit eū. Qualis virga, quæ verba, vbi iuxta verbum domini, iuxta veritatem literarum, quas (vt supra memoratum est) miliebat Helias, ascenderunt Philistini & Arabes in terram Iuda, & vastauerunt eam, diripiuntq; cunctam substantiam, quæ invenienta est in domo regis, insuper & filios eius & uxores, & super

2. Paral. 23

1. Paral. 22
& super

& super hæc omnia percussus loram à domino alii languore insanabili, longa tibi consumptus est, & filium eius Ochoziam, qui successerat Iehuini perfecit, ac deinceps malis omnibus severior mulier omne semen regium occidit. Porro, sub ipsa virgin, inter ipsa verbena, quanta custodiae ipsi David misericordie diligentia, ut Iosabeth vera filia regis, veraciter filia David, & vxor digna loiadze pontificis, infantulum viuis annis loas suraretur de medio filiorum regicidii interficeretur. Noluit enim dominus (aut icriptura) disperdere domum David, propter partum quod inierat eum eo, & quia promiserat ut daret illi lucernam, & filii eius omni tempore. Lueerna illa quam promiserat dominus David Christus est, lux vera (qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum) quam videlicet lucernam non dedisset illi sicut surauerat, si non de occisione scripsit eius superflueret, italem ille minime loas. Neq; enim masculus aliud superfluit, per quem series Davidica in Christum stenida deducere posset.

Quantus Helius in Heliu, quanto dignitas fuerit. CAP. XIII.

Phares, duisum est regnum tuum, & datum est sanctis altissimi, quorum typum tunc in exercitio dñlio duntraxat Babylonis gesserunt Persae & Medae, presertim cum Cyrus rex illorū propheta voce Christus quoq; sic appellatus dominus. Hec (inquit Eliaisa) dñe dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subieciam ante faciem eius gentes, & dorsa tergum veram, Causam dñionis huiusmodi taliter præmisit. Qui dico Cyro, pastor meus, & omnem voluntatem meam complebis: qui dico, Hierusalem ædifieaberis, & templum fundaberis. Fuerum nanc erat, ut Cyrus licentiam & facultatem daret rededicandi Hierusalem, & templū domini. Duisum, inquit, est regnum tuum, indiuisu permanente regno sanctorum, sicut numerus senariorum, qui tuus numerus es, solubilis est & secabilis: numerus autem septenarios, qui numerus es Dei, quia die septimo requiescit, insolubilis & infascibilis est. Ita regnum tuum solubile est, & sine dubio solueum est, & tu ipse videntibus cunctis præcipieandus es, regnum autem Dei, & sanctorum eius manet in æterni. Præterit enim figura huius mundi, & tu de principe eius mundi, de potestate tenebrarum harum pertransibis, in tartarum tudentibus inferni detrahēris, eorum quibus regnum tuum dandum est, quibus referuatur fons ille, quas in celo perdidisti, maniones. Hie virus est Daniel purpura induitus, aurea circa collum, tor quem de damnato rege referens. Sieur authoritas verbis Dei purpura & corque auream tristis & dampnato rege extorxit, & hunc sancto interpreti suo transpoluit, sieur omne deus eos coeli, omne seruithum et creaturam, quod tibi arrogasti, & te extortum, dabitur sanctis Dei hominibus.

Hanc manum apparentem signasse manum Dei, de qua David: Firmetur manus tua, & exalteantur dexteræ tuae. C.A.P. X.

Tandem quomodo taliter apparuerunt dighi, quasi manus hominis scribentes, & quomodo manu dextera solet recordemur. Imo Deum et recordatum esse arbitremur, quod cecinerat David, gratias, & gratias agens, quod audire meruerit et cum iuramento Domini 2. psal. 22. verbum promissionis. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua. Manum illam Domini, dexteram illam domini, quam summo desiderio, clamore cordis maximo firmari optauerat & exaltari, signabat manus que apparuit visibili. Fiebat iam in parte, quod faciendum erat in toto per manus domini, per dexteram omnipotentis Dei, que non est alia, siue aliud, nisi verbum Dei, filius Dei. Quid enim fiebat in illam particularem Babyloniam, nisi quod faciendum erat in viuenteritatem impiorum per promissam & iuramatam verbi Dei gratiam? Et quid illud erat, nisi quod continuo inequivit: iustitia (inquit) & iudicium preparatio ledus tui. Misericordia & veritas præcedens faciem tuam, beatus populus qui se in lumen vulnus tui ambulabunt, & cetera. Iam (inquit) fiebat hoc in parte illa, quia videlicet manus domini in suo proprio manu, firmiter exaltebatur. Iamq; aderant iustitia & iudicium, in preparatione sedis eius. Iustitia in eo, quod populi sunt ciuitate & cœlo orba sunt captiuitate tradiderat. Iudicium in eo, quod regnum captiuatum eorum numeratissimum, & in statera appicum diuidebat. Medicus & Peritus dabant. Haec agedo sedes eius præparabatur, & misericordia & veritas præcedebat facilius eius.

G. 109 Miser.

Manus domini.

Gene. 49. Misericordia, ut cito capitularis illa solueretur. Veritas, ut scepterū de luda, & dux de formore eius non auferretur, donec omnino usq; ad perfectū sedes illa præpararetur, donec promissio adimpleretur, donec Christus nascetur. Beatus populus qui fecit illam iubilationē. Beatus Daniel, qui illam legens scripturam, in lumine vultus tui domine ambula, & certaro te debet interpretationem, & fidam tenebat in pectori suo manus domini consolacionem.

De quatuor bestiis, quas Daniel viderat, & quare Deus antiquum dierum appellebat.

C A P V T . X I .

Daniel. 7. **N**on exigit huius nostri ratio propositū, cunctis vel singulis immorari revelationis sacramentis, ex quibus ille beatus cōsolatus locūdatur in medio tribulationis, in afflictione capitularis. Vnum est, quod intactum mense præterire non parkur, dulcissimum sacramētum pulcherrimae visionis, quam viderat, priusquam decidisset bestialis ferocitas Babylonis, priusquam apparuerint digiti, illae manus hominis scribentes in superficie parietis caulam lue sentientiam mox venturi luper illam iudicū Dei. Siquidem anno primo Balba sat regis Babyloni, videbam (inquit) in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diversie inter se, &c. Vel etat hic aliquantus per immorari, quia pulchrū est considerare ferocitatem tyrannicā regnorum seculi in bestiis ferociissimis: & econtra dignitatem, mansuetudinem, & pietatem regna Dei, in habitu antiqui dierum, luper thronum sedentis, & in processu filii hominis venientis in nubebus celo, & vigore ad antiquum dierum peruenientis, & in conspectu eius oblati, qui & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & lingue ipsi seruient. Potestas (inquit Daniel) eius potestas æternæ, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Primum libet quare Tere, cur Deus, vel qui intentione sic nominetur antiquus dierum, quod nusquam inueniebamus ante hunc delectabilem generosum prophete locum. Sensum quidem in omnibus scripturis tantum habemus, quod iste Deus pater æterni verbi, Deus sic antiquus, ut pote Deus increatus, nec initium habens, nec finem habutus. Quod & ipsum de verbo eius Deo, fideliter tenimus. Verumtamen (vt iam diximus est) nomen hoc antiquus dierum, hic primius inuenimus polatum. Causam ergo noui ociose querimus.

Quatuor regna, non ex Deo regnata.

C A P . XII .

Daniel. 7. **R**espice nunc facies bestiarum, de mari alcedentium, quarum propter suavitatem dicit se-
dille iudicium. Hæ (inquit) bestias magnæ quatuor, quatuor regna confurgens de terra.
Porro ipse, cuius iudicium est, dicit. Regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non co-
gnovit. Verè non in ipso regnauerunt, Imò regna, quæ dicta sunt, non tam regna, quam quadam
maxima & publica latrocinia fuerunt. Primum sitorum, quod sicut regnum Assyriorum atque
Chaldaeorum, quale habuit initium, ante Ninum regem Assyriorum, & siserunt reges anti-
quiores, qui bella gerentes, nequam tamen imperium sibi, sed populis suis gloriam quere-
bant, contenti: victoria, imperio abstinebant. Ille primus omnium veterem, & quæ habuit
gentilibus morem, noua imperii cupiditate mutauit, & quæ sit dominacionis magnitudinem,
continua possessione firmavit. Verè ergo regnauerunt (inquit) & non ex me: & quid actinet ad
eos, in mundo regnare, regnante illo, qui solus regnare debet, mundi creatore? Ut igitur co-
gnoscamus, & abhortemus nimirum in genere humano præsumptionis iniuriam, conuenient
ter hic antiquum dierum nominare eum, cui regnando factam esse conflat iniuriam. Ipse namq;
qui fecit, idem debuit disponere mundum, nec principiari quicquam debuisset, nisi secundū eius
arbitrium. Si inordinatio est & irreuentia, corā cano capite non confurgere, quanta inordi-
nationis, quanta irreuentis est, regnum tam cano capite, tam antiqui dierum, rapto nomine
regio, lacerasse. Siquidem inter homines iuuenes ac senes, facile est etatum comparatio. Die-
rum autem illius antiqui, & dierum hominum, qui nomen eius regium rapuerunt, nulla omnino
est, aut esse potest comparatio? Quis enim dicere aut cogitare potest, quanto diuinitas sue
antiquitas incepsit prolixior sit temporibus annis, siue diebus hominum hæc eternorū, qui quæ
heri erat in se vel natu? Quando illarum antiquissima bestiarum de mari alcedir, quando
regnum Assyriorum de terra confurrexerit, iam tunc iste antiquus dierum cum Abraham lo-
quebatur, & iam antiquus erat, vt nunc est.

Summarum rerum omnium & regnum ad Deum pertinere, sed quatuor bestiæ quantum

quaç; potuit, ad se rapuisse.

C A P V T . X I I I .

Solus Christus rex est. **L**oquebatur, & inauram suoc; cano capiti dignam tractabat sententiam, quod nulli alii
rerum omnium summarum regnum sui contigeret monachum, nisi filio suo, verbo suo, vt per
quem omnia facta sunt, regenerent omnia per ipsum. Hoc erat lapidans antiqui decretum, hoc
erat inmutabile antiquitatis infinita consilium. At illæ bestiolæ recentes, & nuper natæ, que
nascendo nulli inveniuntur in hunc mundum, contra decretum hoc salire, contra consilium hoc
refutatae.

resultare præsumperunt, & tantum senem non reveritatem, quas vel quantitas potuerunt, regni eius, mundi huius diripuerunt partes, homines, regnum luper homines maledentes, cum ante oculos illius sapientia domini, non magis homo hominum natura posset procedere, vel præcelere, quam mutetur. Fuerunt quidem apud hominem illas bestias grandes, prima qualis lepra, silla similius vrso, alia quasi pardus, & quarta multum terribilis. Veruntamē in consideratione maiestatis illius antiqui, viri mures mererentur dici, vix erucæ, locustæ, bruchæ, & rubigini merentur assimilari, quia nullius sunt mortali. Bestias illas interficere, & corpora eorum dare perditioni, siue tradere ad comburendum igni, multo facilius fuit, & ex verbo Dei, quim ipsi bestias,flare contra erucam, vel sale locustæ consequi, nisi quia peccata gentium merebantur, vt permittente Deo, laceraretur à bestiis. Quis enim aliis bestias illas tandem interficeret, nisi verbū Dei: Omnis Sapientia. 18. potens sermo tuus domine, ait quidam sapiens, exilens de celo à regalibus sedibus, durus debellaror, in medium exterminū terram profilius gladiis acutis, insimulatum imperium tuū portas, & stans in terra replete omnia morte, & vīcī ad cœlum accingebat, stans in terra.

Solus Verbi Dei Verum est imperium, humana omnia simulata. CAP. XIII.

Sine dubio qui in terra Aegyptianam fecit plagā (cuius ille verbis istis meminit) ipse idem omnipotens sermo tuus dormie in istis bestialibus regnis, & omnia quae voluit, & hoc maxime fecit, ut Nabuchodonosor fieret quasi bos, vt Aman appenderetur in patibulo, ut Antiochus sine manu contereretur, vt Nero, quia vixerat curpiter, moreretur turpis. De isto omnipotente sermone domini, nequam nunc præterire libet, quod inter cetera dictum est, insimulatum imperium tuū portas. Et quid est insimulatum imperium, nūl imperium non simulatum? Et quid est non simulatum imperium, nūl imperium verum? Quod cum dicatur, Hominum vel intelligitur, nonne econtra hominum imperia simulata esse perhibent? Verē simulata & imperia si non vera, imperia bestiarum, imperia hominum bestialium, qui ad tempus occidendi ve bestiae malatae, potestatem habuerunt, ad vitam autem nec sibi, nec alijs prodesse potuerunt. Iste omnipotens sermo insimulatum portas imperium, verum renet regnum, cuius regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum. Et iam quidem tale imperium portabat, sed nondum apparuerat, apparuit factus illius hominis, & quod habebat in forma Dei insimulatum imperium, acceptū in forme serui secundum pulcherrimum spectaculum tante illius visionis. Et ecce in Daniel. 7. nubibus coeli quasi filius hominis veniebat, & vīcī ad antiquum dñe peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi tribus & linguis ipsi seruerint. Potestas eius potestas æterna que non auferetur, & regnum eius quod non corruptetur. Nunc ad ordinem revertentur.

Regnum Mædorum & Persarum quartum caput draconis fuisse.

CAP V T XV.

Tertio draconis capite superato, quareū fœtus protinus erexit, dum elīo regno Babylonico regnō Persarum & Medorum iubileuato, protinus idem diabolus cepit vī contra propinquum Dei, contra verbum promissionis. Exterminari cupiens populum cuius de carne impieri optebat, quod Deus patribus promisi, quod promissum iuramento firmauit. In isto capite facies erat vr̄si, & tres dentium ordines in ore eius, quæ intelliguntur tria regna vnius regnū, regnum Babyloniorum, regnum Mædorum, & regnum Persarum, quæ in vnu regno draconis sunt regnum huius imperii. Et quidem reges illius imperii propolito suo non inclemētissimi, fuerū populo Dei, sed per eos qui sub regibus fuerū principes, maximē per Aman, sicut hafrovia libri Hebrei memorat, hoc agere voluit diabolus, vt populus ille omnino exterminaretur. Hoc in antedicta visione Danielis in eo praesignificat est, quod cum dixisset, & ecce bestia alias similes vr̄so in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, protinus subiunxit, Et dicebant ei, Surge, comedē carnes plurimas.

Satrapas Mædorum & Persarum Danieli soueām in quam ipsi inciderent, fodisse.

CAP V T XVI.

SVggelium nanc̄suit regibus, primū Dario, vt perderet Danielē, deinde Assuero, qui & Artaxerxes dicitur est, secundus huius nominis rex, vt deleret vniueriam ludorum genit, inuidentes satrapæ Danieli, quod esset vnu ex tribus principibus constitutis à Dario, vt satrapæ illis redderent rationem, & quod Daniel superaret omnes principes & satrapas, quia ipsi ritus Dei amplior erant eo, quodq; rex cogitaret constituere eum super omne regnum, ad hoc perduxerunt regem, cōmunicato confilio cū principibus regni & magistratibus, tenacibusq; & iudicibus, quatenus decreui imperatoris exiret & edicū, vt omnis qui petisset aliquā petitionē à quoque unq; Leo & homine vīcī ad dies trigesita, nūl à rege, mitteretur in lacū leonū. Certissimē autem futurum sciebant, vt Daniel sciens constitutam legem, nūlominus peteret à Deo suo, oraret

Daniel. 6. oraret & adoraret Deum suum, atq; hoc modo incidet in iudicium illius magna fortissima, & (vt putabant) prouide legis atq; ineuit abilis decreti. Et ita factum est, verum tamen non in quantum volebant. Ingressus namq; Daniel domum suam senecteis apertis in cenaculo suo, contra Hierusalem tribus temporibus in die nesciebat genua sua & adorabat, confitebatur ergo coram Deo suo, sicut & ante facere conueuerat, videlicet tenax propositi sancti, secundum illam sententiam Davidicam. Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudier vocem meam. Nec vero illud ignorabat, quid esset, vel quin verum esset. Foderunt ante faciem meam foueam, & incidetur in eam. Hoc illi nesciebant, sed sciret habebant, quod Deus Danielis ipse esset, qui Deus trium puerorum sociorum eius, Sydrach, Myrafach, & Abdenago, & quod non minus posset pro Daniele leonibus imperare, quem potuit illis flammis ignium mitigare.

Psalms. 54. De oratione Danielis contra Hierusalem, propter quam accusatus, & cum rex liberare non posset, in lacum leonum projectus fuit. CAP. XVII.

O Stultam diabolii iniuriam, & iniuidam draconis antiqui stultitiam, qui natum sibi quartum caput iniquitatis, scilicet potestatem Medicis vel Persici regni, tam citio ad hanc partem leuabar, & intendebat, vt Daniel non invocaret Deum suum, aut obliuisceretur verbum Dei sui, quod mente gestabat. Nunquid mulier in utero habens obliuisci potest doloris sui, & non clamare dum cruciatur & parturit? Sic nimis beata anima prophetae Iacobissimi, quae intra se conceptum in gestabat verbum bonum beatae promissionis, tacere non poterat. Et occupata in expectatione futuri, principum in perditione currentium leges non curabat, consilii non admisit. Illuc ubi promissio iurata fuerat, animo intendebat in Hierusalem, mente praesens aderat, unde corpore absens exulabat, ubi iuramentum accepit fidelis David, unde exire oportebat verbum vel effectum promissionis, quia de Sion exhibet lex, siebat spiritus propheticus, & verbum domini de Hierusalem. Propterea senecteis aperta in cenaculo suo contra Hierusalem vir desideriorum genua flebatur, interdum lugens, & panem desiderabilem non comedens, multisq; modis lemiferium affligens, ut totis viribus adhibitis, validam vestimenta in celum subleuaret orationem, indeq; opportunam sibi attraheret consolationem. Exploratus est, accusatus in iudicio venire, tanquam prauxiliator magnae legis, tanquam reus laeti maiestatis. O vero beata anima, cum te nec rex ipse liberare posset, ponens cor ut te liberaret, & viisque ad occasum solis laborans, ut te erueret, tunc quidem tristitiam habebas, ibi dolores ut parricidentis. Mulier 1. Iob. 15. cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius, si ipsum verbum incarnatum, cuius in obsequiis tu tam vehementer doluisti, quod verbum bene conscientis est doloris eiusmodi in anabus lancis, praesertim quia ipsum in eis est, & dolorum causa illis est.

Daniel in martyrio Verbi Dei, tribus pueris non fuisset infensorum.

CAPVT XVIII.

Ergo, martyr verbi Dei, nihil minus à sanctis locis suis tribus pueris habuisti. Forte (dicitur de desideriorum) ubi vidisti. Ecce ego video viros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis, & nihil in eis corruptionis est, & species quarti similia est filio Dei. Vbi (inquam) haec audeisti, ubi tres focios triumphantes, ad gloriam Dei de fornace ignis procedentes apexi, & proper hoc laudes & benedictiones Deo tuo declaratas audisti, forte suspirasti, forte ingenuisti, quod rite felicitati tantum decesserat, ut palliis eorum, & gloria non meruisses cognoscere partem cepsisti. Non fuisti neglectus, non fuisti filio Dei, cuius species illuc recognita est, vilis aut contemptus. Nam ecce solus ab aliis locis tuis, solus cum angelo eiusdem gratiae saluus & incolimus inter ora leonum nocte integra perseverauisti. Deus tuus misit angelum suum, & conclusis cor Leonum, & non nocuerunt tibi, quia coram eo iustitia inuenta est in te, sed & coram hominibus dilectum non fecisti. Habeto igitur & tu titulos triumphi, tuque fidei vexillo inscriptos, socius tuis non inferior. Habeto titulos tuis meritis exactos, regia voce declaratos. Pauescans (inquit) & tremiti sunt omnes in vniuerso imperio Dei Danielis. Ipse est enim deus viuus & xternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vix in eternum: ipse liberator & salvator, iacentis signa & mirabilia in celo & in terra, quia liberauit Danieliem de lacu leonum.

Completo captiuitatis annorum numero, non prophetas tantum, verum etiam super edificatione II. iherusalem letatos fuisset. CAPVT XIX.

Daniel. 9. Interea completi erat numerus annorum, de quo factus est (inquit) sermo domini ad Hierosolimam prophetam, ut completerentur desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad dominum Iesum meum rogare & deprecari ieiuniis, sacco, & cinere, & cetera. Tunc & Zacharias, qui & in ordine duodecim propheticarum vndeceimus est, respoudisse narrat angelum domini, & dixisse. Domine exercitu tuus viisque non misereberis Hierusalim, & urbem Iuda, quibus iratus es, iste septuagintimus annus est. Et respondebat (inquit) dominus angelus, qui loquebatur in mea verba

verba bona, verba consolatoria, Mirum quomodo pon solum homines filii captiuitatis, verbi etiam angelis sancti, eis alterius seculi de redificatione Hierusalem, quod iam infaerat, oppido letabantur. Danielis consolabantur angelis summi, inter Dei & Zachariam discubebant angelis sancti, gaudentes, & apparati veluti magni apparatus & magnae festivitatis commissari. Et leuavi (inquit) oculis meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus mensoris, & dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me. Ut metas Hierusalem & Iudeam, quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, & loquere ad puerum istum, dicens: A bilo muro habitabit Hierusalem prae multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Quid libi vult angelorum tanta concursio, tam vehemens demandatio? In redificatione tertiense ciuitatis & templi, iam etiam opifices volunt videri, seleq; certatim ingerunt angelis. Numquid hoc tam magnum studium suum ciuitati redificandae adhibent propter ciuitatem ipsam? Non utique propter ciuitatem ipsam, sed propter spem quondam in Iacob depositam, & de illius ciuitatis gente, templiq; illius religione gratulantes non excidisse verbum domini, non defecisse verbum promissionis, mox reuerlura virginis Israel in ciuitates suas, vbi saluatorem dominum generare debet.

Danieli non solum redificationem templi, verum etiam omnium regnum futuros enuntia, penitus a fuisse.

C.A.P. XX.

Nec vetò solummodo redificationem ciuitatis & templi, & Inhabitationem multitudinis spaciofam, visiones diuinas, & collocationes angelicæ pollicebantur, verum etiam gentium aduersarij labores & miseria in viuendi am supererunt praeloquebantur. Clama, inquit angelus ad Zacharium. Hæc dicit dominus exercituum: Zelatus sum Hierusalē & Syon zelō magno, & ira magna ego irascor super gentes opulentias. Quas dicas gentes opulentias, gentes intelligimus regnum regnum saepè ditorum, quæ Iudeam obtruerunt. Et quam ob causam irascatur super illas gentes ira magna, statim indicat. Quia iratus sum parum, ipsi vero addidere sunt in malum. Et eis sensus. Ego intendi visitare in vaga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, quæ parva ira est. Ipsi autem iram suam & odium suum superaddiderunt, intendendo ut eos penitus dereleret, cum ego non gentis intermissionem intenderem, sed correctionem. Postò ad Danielē sic angelis loquebantur, tales illi visiones ostendebantur, ut futura regnum eorumdē secreta, quod valde mirum est, taliter illi publicarentur, qualiter nulli prophetarum publicata siue prænūctata fuisset visuā apparebat ex dictis seu scriptis eorum. Nam & regnum status & regum, hinc felices aliquando eventus, hinc infelices quotundam interiorum, ita per angelos didicit & conscripsit, ut de futuris historiā texuisse nō dubitetur, excepto quod teges ipsos propriis non expellit nominibus.

*Domum Dei, quam Cyrus adificandam decreverat, à Dario Vincente ita verbo
Dei, tandem adificatam fuisse.*

C.A.P. XXI.

Cvius tandem ille, nisi domini sermo erat, de quo dictum est illi. Ab exitu sermonis ut ædificetur ciuitas. Quia quis fuit ille exitus sermonis, aut unde exiit? Suscitauit dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicens. Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrarum dedit mihi Deus dominus cœli, & ipse præcepit mihi, ut adificarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudea, & cetera. Ille sermo regi, sermo erat domini, qui sicut eundem Cyrus apud Elias in Christum suum appellare curauit, & sermonem suum in ore eius ponere voluit. Verum postmodum eodem Cyro decadente, vicina gentes sue hostes Iudea & Benjamin audientes, quia filii captiuitatis adficarent ciuitatem, & templū domino Deo Israel scripserunt accusationem aduersus Artaxerxes in dilectiones. Notum sit regi, quia Iudei, qui ascendunt à te ad nos, venerant in Hierusalem ciuitatem rebellem & peccatum, quam adficiant extruentes muros eius, & parietes componentes. Sic inchoando, & accusando habitatores Iudea & Hierusalem, hoc efficerunt, ut mitteret rex & prohiberet adficiari ciuitatem. Tunc intermissum est opus domus domini in Hierusalem, & non siebat usq; ad annum secundum regni Darii regis Persarum. Prophetauerunt autem Aggæus propheta & Zacharias ad Iudeos, qui erant in Iudea & Hierusalem. Et tunc surrexit t. Esdr. 5. Zorobabel filius Salathiel, & Ioseph filius Ioseph, & ceperunt adficiare templum Dei. & cum eis propheta Dei, adiuuantes eos. Sciscerantibus aduentariis, & dicentibus. Quis dedit vobis confilium, ut muros hos instauratis, & domum hanc adficiatis? Respondentes inter cetera dixerunt. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit ad dictum, ut domus Dei adficiatur. Misericordia epiphodiam ad regem Darium, iam dicti hostis Iudeorū, dicens post cetera. Nunc ergo, si videatur regi bonum, recenscat in Bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrum nam à Cyro regi nullum fuerit, ut adficiatur domus dei in Hierusalem, & vo-

& voluntatem regis super hanc remittat ad nos. Tunc Darius rex praecepit, & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inuenientum est volumen vnu, talisque scriptus erat in eo commentarius. Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decrevit, ut dominus Dei, que est in Hierusalem, edificaretur, &c. Quibus perlectus. Nunc ergo (inquit Darius) qui est in trans flumen, procul recedite ab illis, & dimittete fieri templum Dei a duce Iudeorum, & a senioribus eorum, ego Darius statui decrenum, quod studiose impleri volo.

Tempus, quod ab exiſu ſermonis, & que ad completionem operis interceſſit, non modo coram Deo breue, verum etiam hominibus reſileſt.

CAPVT XXII.

TAlii fuit exitus sermonis, vniq[ue] hominibus vei ferius Dei prolixus & difficultis. Siquidem à Cyri regis imperio, cuius ut viventis voluntas, ita & mortuis scripta sermonis domini formata est authoritas, vique ad Neemiam, & vice innumerus annum regis Artaxerxi maius opus imperfectum, quo tempore regni Periarum centum & quindecim annis fuerunt evoluti, Capitulatus autem Hierusalem centelius octogesimus quintus annus erat. Veruntamen captiuitatis eiusdem recte predicantur vel numerantur duxatax anni sepe uaginta, quia videlicet tunc recte soluta esse dicitur, non quando consummatum est opus, quod internuum fuerat, sed quando prima licentia data est, praedicante Cyro. Quis est in vobis de vniuerso populo Dei eccl[esi]is, si Deus illius cum ipso, Ascendat Hierusalem, que est in Iudea, & edificet domum Dei Israel, ipse est Deus, qui est in Hierusalem. Quando hoc dixit, simul protulit vasa domini, quae tulerunt Nabuchodonosor de Hierusalem, & dedit his, quorum Deus suscitauit spiritum, ut aescenderent ad edificandum templum domini. Tunc vere loqua est captiuitas populi, quia tunc aescendit, quicunq[ue] relictis Babylonie delitiis ascendere voluit. Porro, quod taifer exeu[n]ti sermonem domini nullius est momenti, quippe cuius ante oculos milii anni, tanquam dies hesterna quæ prateriit, & custodia in nocte. I. vna de quatuor vigiliis noctis. Quanto magis paulo plus, quam centum anni, quibus intermissum fuit opus domus domini, impediens aduersariis, parui, immo nullius ante oculos eius, potuerunt esse momenti. Ig[ne] ipsi quidem sermoni vel proposito domini mors illa pro nihil fuit, quippe quae pro nihil habentur: eorum (inquit) anno erunt, id est, in terra reputabuntur, subiecti ante oculos suos. Ipsa autem illis captiuitatis annos illos & moras intermissi operis nimirum agere ferentibus, & fideliter coram domino ingensibus auctum est meritum fidei, crevit corona spei, multiplicata sunt premia dilectionis, quia laborauerunt ipsis, ut nos in labores eorum introremus, vnde & p[ro]pterea studiis gratia agere debemus, quia quod seminauerunt in lachrymis, nos in gaudio metemus.

Vnde Cyro homini gentili tanta circa Deum celi, & circa captiuum eius populum benevolentia prouenerit.

CAPV XXIII.

VNDE puras illi Cyro homini gentili tanta circa Deum celi, & circa captiuum eius populum benevolentia prouenerit: vnde hoc, nisi quia scriptum & veraciter dictum est, cor re[gi]is in manu Dei & Reuera quod effecte de corde eius omnipotens sermo domini, id ipsum potuisse et efficere de corde cuiusquam alterius regis, non minus de corde Nabuchodonosor, ne populi captiuum duceret, qui fecit de corde huius, ne populum captiuum recineret. Delectat nunc videre modum ipsum, quo benevolentia cordis eius captiui dignata est manus domini, longe antequam nascetur hic Cyrus, antequam fierent patres patrii eius, memorii eius in confusione suis habere, & beneficia sua illi promittere dignata est ipsum quod siebat ad prophetas verbis domini. Scriptum quippe fuerat in Esaias. H[ab]ec dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendit dexteram, ut subiectum ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portas non claudanter. Ego ante te ibo, & gloriosus terra humiliabo, & portas iheras conteram, & seruos vestes confingam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, ut scias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum sanctum Israe[li]. Nunquid Cyrus tam ac tantam de semetipso prophetiam non audierat? Nunquid dubium esse potest de captiuis illis, quia istam scripturam domini, istas promissiones Dei sui ad notitiam eius perisse propera uerint, cum sperare possent vaticinium hoc magnisib[us] apud illum regi factum occasionem fore solatii? Accedit ipsa manus domini, in qua est et[er]nus regis, & hoc effecti, ut taliter verbo, tantoc[que] Dei promissio non ingratius existenter, sed diceret vocem traducens in vniuerso regna suo, vocem etiam per scripturam, id est, vocem scriptam. Omnia regna terrae dedit mihi dominus Deus celi, subiecta auditio, qui mihi longe antequam nascetur ea daturum se promisit, & meum quoque nomen vocavit, continuo subiunxit. Et ipse praecepit mihi, ut edificarem ei domum in Hierusalem, que est in Iudea, ac si diceret, Ob hanc causam dedit mihi omnia regna, ut populum eius, penes quem scripta est illa de me prophetia, liberum dimittam ad edificandam domum in Hierusalem, que est in Iudea.

Iudex. Siquidem Deus idem ubi dixit. Qui voco nomen tuum, statim subiunxit, propter seruum meum Iacob, & Irael electum meum. Igitur ob hoc misericordia regna dedit, ut in populo ipius gratiam rependam ille, reddendo illum libertati.

Cyrus ita regem factum, ut diuinam circa se prouidentiam agnoscere potuerit.

CAPVT XXIII.

ET revera sensus homo iam dictam legens vel audiens prophetiam, suamq; recolens in fantiam, animaduertire vel perpendre poterat, quod non casu, sed per diuinam prouiden- Pompeius Trogus de Tregas. tiam evenisse, ut ipse regnaret. Siquidem de hoc scribitur Pompeius Trogus, quod natus infans filia Astragis, per aut inuidiam datus est occidens, somniali verentis, quo p̄xim vestrato, regnum infantulo futuri arioli aulpicabatur, is vero cui necandus infans traditus est, vestitus ne infantis necati vocationem mater eius quandoq; in ipsum exigeret, pastoris regij pecoris puerum expoundon traxit, forte eodē tempore & ipsi pastor natus erat filius. Eius igitur vox audita regi infantum expositione, pueri proserpi libic ostendit sumenit rogar precibus, cunus precibus fastigatus pastor, reuersus in sylvam, inuenit iuxta infante caniculam parvulo vbera præbente, & a leris alibusq; defendentem. Motus & ipsi misericordia, qua mortam eius canē viderat, puerum desert ad stabula, eadem cane anxiē prosequenter. Quem vbi in manu mulier accepit, canthus vigor & dulcis quidam blanditudo infants ilius apparuit, ut pastor vltro rogarer, vt permittaret libi pueri nutrire, permutata forte parvulosū, ut hic pro filio pastoris educaresur ille pro nepote regi exponeretur. Puer deinde cū inter pastores esset, Cyrus nomen accepit. Intersecō tempore cum adolescent, per Harpagum aui amicum dicitur, quomodo puerulum illum occidi ausus esset, quomodo leruatus sit, Horrauit vt exercitu paret, & pronam ad regnum viam ingrediarur, Mædorum translationem pollicetur, factumq; est ut Cyrus Mædorum & 1. Esd. 4. Persiarum ficeret rex. Si vera est eiusmodi historia, nimis scienter dicere poterat. Omnia regna terre dedit mihi dominus Deus ecolit, præterea p̄cante propheta eiusmodi, qua magis & potens rex ab eodem domino deo præsignatus & ex nomine vocatus est.

An libertas captiuus à Cyro donata Iudeas, eidem ad eternam salutem asequendam prouenire potuerit.

CAPVT XXV.

PUTras netalis gratiae repensio sufficiens ad eternam salutem esse potuit eidem Cyro & Re. Gratia repensione gratiae repensio sufficiens hanc esse, quia scilicet siue animaduertens libi regnum eveniente p̄fici. filio disponente Deo, cuius templum fuerat in Hierusalem, non omnino ingratus exitit, sed & ipsi (inquit) Deus, qui est in Hierusalem, & edictum proposuit in uniuero regno suo, vt ascenderent filii captiuitatis, & templum & ciuitatem readiificare licentiam haberent. Hanc ergo quasi beneficij viae studinum putat illi sufficietatem fuisse ad eternam salutem? Nequamquam sufficiet, nec enim animaduertit potest, quod eandē, scilicet eternā salutē, sperauerit vel qualsiter, fuerit quidam alicuius momenti præceterius regibus, qui creatori per iustam dispositionem, regna illis danti omnino sunt, vel fuerint ingratiani. Veruntamen non valde magnum est, gratias agere pro præstabilitate beneficij, dum negligenter aut sine cura carerit eternis. Liceat eum reputare cū eiūmodi de qualibet Psalmita dicit, Quia anima eius in vita ipsius benedicitur, confitebitur tibi cū beneferet et. Denique cum dicit, Quia anima eius in vita ipsius benedicitur, subaudiendo est, & illa benedictione contentus erit, de futuro non curans, dummodo in præsenti seculo dū virū anjū a eius, id est, sensualitas eius exaltetur siue prospereret, quod nimirum illa benedictio est, qua contentus fuit Elau. Non, inquam, valde magnū est, tūc deo cōfessari, cū in hac parte deus beneficeret illi, nisi etiā confiteatur cū aliquid aduersi contigerit. Veri Veri confessores tunc instantius confitentur, quando aduersi latigantur. Verbi gratia, ut Daniel & sores. socii eius, qui tunc ad confundendum domino felle amplius extenderunt, quando captiuitatis aduentus subiunctum. Tantum quippe studium sancte confessionis agere fuit, ut proponearent laudabilem & paucis imitabilēm iugis et tenere ciborum ac potus parsimoniam, quatenus sobrietatis pulebitudo confessionem deo magis redideret accepibilem.

Quae vera confessio sit, & quid eidem Cyro de vera confessione desurit.

CAPVT XXVI.

SED nec illud facile concedendum est, q; illa gratulario confitentis deo cum Deus benefecit Confessio re & falsa. Sicut ei, sit confessio, immo dicatur, vt est adulatio. Quid enim est confessio, de qua Psalmita lo- quirur. Confessio & pulchritudo in conspicuē eius. Et de quidem dicit. Introit portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi. Nimirum laus est integra, laus deuota, laus ordinata. Quo vel quasi ordine, nisi vt homin in principio acculer seipsum, Deinde iustificet deum! Iustus namque in principio acculacor eti si, qua accusatione præante dum deum ius Prover. 18. sufficiat, Verbi gratia, dicendo. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus Psalm. 94. operibus suis. Nimirum confessionem, id est, laudem perfici. Non longe exempla petantur, Daniel Danie. 9. ipse

Ipsius dierum ilorum exul siue captivus eo modo confiteretur. Obscoeno, inquit, domine Deus magna & terribilis, custodiens pacium & misericordiam diligentibus te, & custodiens mandata tua. Peccauimus, inquit fecimus, tempi egerimus, & recelimus, & declinavimus a mandatis tuis & iudicis. Nobis confusio faciei, regibus & principibus nostris & patribus nostris, qui pecauerunt, tibi autem domino deo nostro misericordia & propitiatio, & cetera. Iste legitimus est ordo confessionis, quemque in principio accusare scipit, deinde iustificare deum, & ab ipso quare remissionem peccatorum. Ac illi homines feculi, quia hunc luc vnum extitit, nunquid ad *psal. 28.* eiusmodi confessionem descendere dignati fuerint? dixerunt. Lingua nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Omnes superbi & circa anima causam prouis indomiti, aut ipsi pro diis haberi voluerunt, aut talibus iurante diis, quorum non esse dare consilium de cura animalium, de sollicitudine gerenda pro peccato, quae mors est animalium. Ignorat talium fortuna laudatio, non tam salubris confessio, quam stetit dicenda est adulatio.

Maiorem laudando Dei occasionem esse, non modo in templi Hierosolymitani, verum etiam totius generis humani reparacione, quam conseruatione.

CAPVT XXVII.

Proinde de ore illorum rapiat laudem laudator fidelis & diligens, dicatque magis scienter, quam ille dixerit, ipse est Deus qui est in Hierusalem. Cum pro multis, immo pro innumeris milibus quae fecit mirabilibus, cum & pro causa ista dicamus, ipse est Deus qui est in Hierusalem, quia mirabile hoc egit, ut predam quam lexena tulerat, vrsus dominum reportaret, id est, ut captiuos, quos Nabuchodonosor rex Babylonie de Hierusalem abduxerat, & vasa domini, quae aportauerat, phialas aureas & argenteas, cyphos aureos & argenteos. Et vasa alia, vasa aurea & argentea quinque milia quadraginta, vniuersa haec reddere hic Persarum & Medorum rex, & remitteret in Hierusalem. Nunquid minus gloria, minus virtus dei per hoc factum illuxit, quam si custoditum fuisset celius templum, ut non spolia retur siue incendetur a Babylonia, non plus habet honoris, & plus experimental ad cognoscendam potentiam atque prouidentiam verbi dei. Sicut plus habet admirationis, mortuus restaurasse hominem, quam custodisse ne perimeretur, ita plus habet miraculi taliter reparare statu gentis & loci, quia defendere vi non desisterebet. Si enim irum de vniuersa constat electione generis humani, de omnibus sanctis siue electis praescitis acq; praedestinatis ad conformatatem imaginis filii dei, quia maiore gloria dei, gloriolore triumpho verbi dei nunc suscitantur a morte anima & corporis, & redeunt in illa coelestem Hierusalem, ciuitatem dei viventis, q; si nunquam captiuo inde fuissent adducti, si numquam fuissent mortui, si nunquam mors introiit in hunc mundum inuidia diaboli.

Quomodo id, quod de Cyro dictum est, assimilavi te, & non cognovisti me, intelligendum sit,

CAPUT XXVIII.

Nunquid hoc ipsum ignorauit aut praeteriuit verbū dei, quod futura esset imperfecta laus (ut diximus) in ore vel opere Cyri? Denique vbi tale de illo deromptis oraculū. Hoc dicit dominus Cluſio meo Cyro, cuius apprehendi dexteram &c. tandem ita conciluit, Affili milauit te, & non cognovisti me, ego dominus & non est amplius, extra me non est Deus, accinxit te & non cognovisti me. Numquid nulla aut pars exprobatio est, dum dicit, & non cognovisti me? Et quomodo non cognovit eū dixerit, ipse est Deus qui est in Hierusalem? Vere non cognovit, quamvis ita confessus fuerit. Multum in illa confessione siue cognitione defuit, quia quod ibi loquitur, ipse qui accinxit eum Deus, ego dominus & non est amplius, extra me non est Deus, surda auro praeteriuit. Hoc ille audire vel intelligere noluit, immo persistit in insipientia stultorum seruentium et creaturæ potius quam creatori. Proinde res est dicatur illi, Si tecum eras, & non resili diuidas, nonne malū est? Res enim quasdam deo obtulit, siue reddidit, & hoc redi fecit. Seipsum autem subimber, retrinuerit, quia cor suum cultui vel religioni eius non iubidit, cui res exteriora obtulit. Proinde non mirū, quod cum cupiditate sua grallatus per mundum, miserabilem vitam est consecutus exitum. Tradunt nanque historiæ, quod Tamiris regina Scythiarum, comprehensum insidijs in vniuersum eius cum ipso rege trucidauit exercitum, ducenta milia Persarum, caputque Cyri amputauit, in virem huniano sanguine repletum consecrit, cum hac exprobatione crudelitatis basia te, inquit, sanguine quem iustiti, cuiusque infastabilis semper extitit.

Titulum psalmi sexagesimi quarti ad huius captivitatis solutionem pertinere.

CAPUT XXIX.

Nonnulli spectat ad rem praesentem reminisci, quia in titulo psalmi sexagesimi quarti, His remiam & Aggum spiritus propheticus compoluit, quorum alter, scilicet Hieremias captiuitatem illam futuram predixit, & pignus vidit. Alter vero, scilicet Aggacus soluta capitulo

capititate reversioni in patriam interfuit. Titulus hunc habet. In finem psalmus David, canticum Hieremie & Aggai de verbo peregrinationis, quando incipiebant proficiisci. Sequitur psalmus. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi edetur vorum in Hierusalem. Ad rem, in quam praesentem spectar, eiusdem cantici siue nunc precentis reminisci, quia magnum testimonium gaudium detinendum verbi Dei, cuius propter veritatem implendam populus de captivitate liber illus ascendi, ubi oportebat ipsum verbum incarnari, per quod omnia facta sunt, detribu luda, de semine David. Dulce quidem est allegoriam in eodem psalmo, siue psalmi rite meditari, feliciter intelligere supernam Sion & coelestem Hierusalem, atque hic uniuersa lem generis humani peregrinationem, unde omnes ascensuris sunt electi, finito termino mundi. Verumtamen & illud nonnulli haber dulcedinem, quod historiarerunt gestum est, quod populus iste liber de captiuitate rediit, cui redditu prophetas Aggæus interfuit. Etenim reditus iste non solum typus, verum etiam vaide necessaria preparatio fuit decoris siue hymni, qui te decet Deus in superna Sion, preparatio redditus voti, quod ibi redditus siue reddetur in eterna Hierusalim, quo omnis causa ad te veniet, proprieato te cunctis iniquitatibus nostris, per redemptionem Iesu Christi filii tui, cuius ventura battititas hoc exigebat, ut solueretur illa captivitas, ut redditus iuxta propriae virginis Israel in terram suam, siue in civitates suas, eundem dominum & salvatorem suum genitum, magna & iusta prophetis illius temporis gaudis siue latitatis causa, magna & pulchra triumphalis tripludis materia.

Iuxta prophetiam Aggæi, nouissimum templi maiorem gloriam quam primi propter verbum incarnationum fuisse.

CAP. XXX.

Nunquid non istud Aggæus, iam tunc prophetali oculo considerabat? At enim. Quis est in vobis derelictus, qui videt domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? Statimque paucis interpositis confortans dicit. Nolite timere, quia haec dicit dominus exercitum. Magna enim erit gloria domus istius nouissime plus quam primæ, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum. Qualem putas gloriam tanto ore pronuniarum, nouissimam fore maiorem quam primam? Nunquid secularem gloriam, felicem auri & argenti copiam? Nunquid etiam si sic futurum erat vel fieri poterat, ut plus auri in domo nouissima rutilaret, quam in prima Salomon impendisset? Nunquid dignaretur, ut hoc tanto opere pro gloria reputaret, & pro hoc tam vehementer dominus exercituum deslamaret? Ergo illam magis gloriam decet intelligi, quia gloria vera est, feliciter presentationem verbi incarnati Christi filii Dei, qui in illa dono prima honore presentandus. In nouissima autem erat presentandus, Simeone expectante, & in vinas suas illum accipiente, cum si o cantico grise. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. An non hoc ipsum idem propheta ibidem interloquitur. Et veniet, inquit, desideratus cunctis gentibus, & in plebeo dominum nostrum gloriam dicit dominus exercituum. Verè omnes gloria donus primus, maior futura erat gloria nouissima, quod in ea secundum legem primogenitorum presentandus erat cum sacrificiis legalibus ille primogenitus in multis fratribus, iste desideratus cunctis gentibus.

Esdram, Nehemiah, Iosedech, & Zorobabel, tempore soluta & captiuitatis illustres fuisse.

CAPVT XXXI.

Memorabilis ille reditus & ascensus spectabilis, si consideres eorum illum sine quadrigam domini, qua residens, ad locum suum properabat verbum domini, verbum necessarium implenda promissione. Quadrigam illam domini quatuor dictimus viros authores præcipios, & quasi capita illius reversionis Esdram, & Nehemiah, lesum sacerdotem magnum, & Zorobabel ducem. Idcirco dictum Zorobabel, quia infra annos captiuitatis in Babylonio natus est. Prophetas Aggæum & Zachariam, qui (ut superius memoratum est) cum eis erant, adiuvantes eos, velut aurigas ante quadrigam existimare detectas. Igitur, immo istorum habita- torum verbo Dei, sapientis omnis triumphum eius protequens, granas agit, qui feliciter ad hoc natum sunt, ut rati in tempore essent parati. Quomodo, inquit, amplificemus Zorobabel? Nam & Eccl. 4. ipse quasi lignum in dextera Israhel manu, & lesum filium Iosedech, qui in diebus suis adificaverunt dominum, & exaltauerunt templum sanctum domino paratum in gloriam sempiternam. Et Nehemiah in memoria muli temporis, qui erexit nobis muros eversos, & fratre fecit portas & feras, qui erexit domos nostras? Quod dicit, in gloriam sempiternam, recte sic intelligitur (sicut supra dictum est) quia dominus illa tam diu habebat, donec veniret Christus, vera & sempiterna gloria sanctorum, sicut Simeon proloquius est. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis sue Israhel.

Esdram propter renovationem monis characteribus legem, precipuum fuisse.

CAPVT XXXII.

H. ij

Esdram

Esram discunt esse Malachiam, qui in ordine duodecim prophetarum, duodecimus est. Iste quantus nobis esse debet? Non enim ignorare debemus, quia legem ipse renovauit. Scripturas sanctas, quae propriez voces sunt verbi dei, dispersas, vixq; Babylonico igni, suspiritus ipse congregauit ac reformauit. Quantu hoc est, aut illi debet omnibus seculis? Magnum sit & memorabile, quod tam ipsius quam ceterorum labore ciuitas illa, tēplumq; illud manufactum restitui vel reaificari potuit. Itud ad fiduciam insolubile, scilicet reformatio sancta scriptura, longioris memoriae, maioris gloriae, aetioris est & erit semper excellentiae. Literas quoque sive characteres veteribus commodiore arque farilliores iste repperit, & conscripsit legē populo tradens, & tunc scriba velox meruit nuncupari, & nunc & in perpetuum scriba doctus est in regnode.

SEPTIMI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE VICTORIA VERBI DELIBER OCTAVUS.

*Somnium Mardochæi non fuisse diuinum.**CAPVT I.*

*Somnium
Mardo-
chæi.*

Heſter. 1.

Heſter. 12.

Agnum in celo & in terra spectaculum, quod deinde post indulgentiam regum Persarum subiequarum est. A somnio Mardochæi narratione inchoare liber, quod & si in Hebreo non habetur, ut sit illustris vir Hieronymus, eamē in editione vulgata principium erat volumini Hefter, & ad rem nonnulli attiner. Anno secundo regnante Artaxerxe maximo, vidit somnium Mardochæus homo Iudeus, de tribu Beniamin, qui habitabat in verbe Sufis, illa ciuitas exordiū sive caput regni erat. Apparuerunt, inquit, voces, & tumultus, & tonitrua, & tempestu, & cōturbatio super terrā. Et erē duo dracones magni, paratiq; contra se in pīlū, ad quorū claniore cōscitæ sunt nationes, ut pugnarent contra gentē iustiōrū, siveq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super terrā. Concurbataque est geni iustorum timentium mala sua, & preparata ad mortem, clamaveruntq; ad dominū. Et illis vociferantibus sons parvus crevit in fluvio maximum, & in aquas plurimas rediūdavit. Lux & sol oritur eī, & humiles exaltari sūnt, & a dorauerūt inclytos. Porro post finem libri eiusdem capitulum hoc ferebatur. Dicitq; Mardochæus. A Deo sancta sunt ista, recordatus sum somniū quod videram hæc eadem significantis, nec eorū quicquā irrūtum fuit, parvus sive qui crevit in fluvio, & in lūrē solempnē conuersus est, & in aquas plurimas rediūdavit. Hester est, quam rex accepit vxorem, & voluit esse reginam. Duo autem dracones, ego sum & Aman, gentes quæ conuenierant, hi sunt qui delero, conatis sunt nomen ludorum.

*Mardochæum & Aman per duos dracones sed diversis rationibus significatos fuisse.**CAPVT II.*

*Dracones
duo.*

Ab isto, inquam, tali sompno narrationem inchoare libet, eorum que continentur in eodem libro Hester, idcirco ut excitatus animus persentiar, malū fuisse illud (quod roboratus est A man) ex diabolo draco antiquo, thronum suum habente in pīlō Aman, Nam erē draco dictus est A man. Duo (inquit) dracones ego sum & Aman. & Mardochæus quidem deaco viuis, sed ratione longè diuersa. Deniq; draco A man propter caulfam vers⁹, propter dia-bolum, serpentem antiquum veraciter habentem in pīlō A man, cuius videlicet draconis capita lepēm habent, quartum caput fuisse iam dictum est regnum Persarum & Mordorum, maximē propter A man, & propter gentes illius imperii, super quas cum elevatus esset A man, delere voluit gentē, de qua nasciturus erat Christus, iuxta reprobationem quam accepérat Abraham. Porro Mardochæus draco non revera, sed inimicorum, scilicet eiūdem Aman, & complicium eius accusatione falsa dicentium, Quod genus eius, genus Iudaïum, genus esset hominum seditionis, & ergo insidiosum. Nec mirum, quod homo simplex & rectus, propter fallam opinionem per draconem malitiosum atque tortuosum in somnio est designatus, cum ipse simplicius rex & rectorum dominus Christus per serpentem zēneum fuerit præfiguratus, dicente domino ad Moylen. Fac serpentem zēneum, & pone eū pro signo, qui peccatum asperxerit eū, viser. Nempe sicut ille serpens zēneus fuit abique veneno, sic Christus cum arcuatore tur magus, erat absq; peccato. Similiter Mardochæus propter accusationem Aman per somnum viuis esset draco. Sed secundum rei veritatem homo erat cultor Dei, malitiam non habens draconis antiqui, qui leviebat in illo A man superbissimo.

Sicue

Sicut Aman Mardochæo crucem parauerat, & in ea suspensus fuerit, ita principem
huius mundi diabolum Christo crucem parasse, & in ea dictum fuisse.

CAPVT III.

ET quoniam de similitudine mentis iam incidit, qua sancti homines quibusdam modis
meritis diuersis assimilari merueruntur filio Dei, quem adhuc dicit. Et in manu seruo-
rum meorum prophetarum assimilatus sum. Liber continuo proloqui summam similitudinem,
qua in manu huius quoque Mardochæi dignatus est assimilari, sicut in somnio prescripto praes-
signatum fuerat. Duo dracones inter se pugnauerunt, id est, Mardochæus & Aman inuicem Parvit A
mas pari-
confurixerunt. Paruit Aman patibulum Mardochæo, & Mardochæo feliciter evadente, bulatum ap
pensus est.
Aman in ipso quod parauerat appensus est patibulo. Nihil tunc sic futuri erat, ut verbū incar-
natum Deus homo factus, ex omnium seculorum Iesu Christus aduersus mundi huius principem Coffest. 2.
procederet, & cum illo congrederetur. Et sic factum est, ut per suos satellites draco ille diabolus
crucem illi parari faceret, sed non ille in ipso patibulo transfixus est. Triumphantem verbo, quod
impassibilis Deus est, & resumpta carne in immortalitate enim quod ab breue tempore passa est mor-
tem, ipsum homicidam Deus viuens in suo ipsius machinamento strangulauit. Dilens (inquit Coloss. 2.
Apostolus) quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ip-
sum ruit de medio, affigens illud cruci expolians principatus, & potestates traduxit consideran-
ter, palam triumphans illos in semetipso. Nunc in re geste ocedinem ingrediamur.

Parvum fontem, qui in magna creuerit flumina, Hesler regnum fuisse.

CAPVT IIII.

PATRUS fons credit in flumine maximum, & in aquas plurimas redundauit, scilicet Hesler
captiuus & paupercula, & vtroque parente orbata, multarum gentium regna, multarum
provinciarum domina effecta est in die placiti dei, in tempus opportunitum (altissimo prouin-
dente) bene reservata. Quomodo vel quali misericordia via? Vit ludus, ascriptura, erat in
Susa ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius lair, filii Semæi, filii Cis de stirpe lemin, qui trans-
latus fuerat de Hierusalem et tempore quo lechoniam regni Iuda, Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis translaterat, qui fuit nutritus filius frater in sui Edæla, que altero nomine Hesler voca-
batur, & vtrunque parentem amiserat, pulchra nimis & decora facta. Mortuusq[ue] patre eius ac
matre, Mardochæus eam sibi adoptauit in filiam. Opus pium pietas operosa, plu habuit iude-
cem & inspectorem deum, cui talis in saeclo in tam liberali gratia fauente oblatu erat ele-
emosyna. Reuera odoratus est dominus odorem suauitatem, & reuera benedixit eis, & huius quae
adoptata fuera, & illi qui adoptauerat. Benedixit, inquam, ut ambo crescerent in salute populi, in saluationem sus gentis, cui pessimus exur gebat hostis, scilicet Aman, filius Amadati,
qui erat de stirpe Agag. Non putemus illum tunc primu esse ceppasse hostem ludeorum, quidq[ue] 1. Reg. 15.
Mardochæus eum adorare noluit, in modo iamdudum fuerat hostis, antiquam crudelitatem in pectore
gestans odij causam, vererem perlans ardenti ira iniuriantarum materiam. Agag quippe eu-
sus de stirpe hic erat Aman, interfecera Samuel, regem Amalech, quam videlicet genitè pec-
caticem delere maulauerat dominus Saul regis Israhel. Pepercit Saul & populus Agag, & op-
timis gregibus ouium & armencorum, & vestibus, & arctibus, & vnuersis quae pulchra
erant, nec voluerunt disperdere ea. Quamobrem irato domino, adducire, inquit Samuel, ad
me Agag, regem Amalech, & oblatu est ei Agag pinguisimus, & in frusta concidit eum
Samuel coram domino.

Dei prouidentia factum, ut Mardochæus in captivitate maneret, cum qui excellenter, li-
beratorem in patriam redundi recepissent. C A P . V .

NVMIGITUR casu, & non potius per dei prouidentiam evenit, quod iste vir siue pater eius,
seu pater patrii eius in captivitate remaneret, & in Hierusalem non ascendit post edictum,
quo data est licentia repatriandi? Haud dubium, quin spiritus idem, quis spiritum suscitauit
ascendentium, sicut scriptum est. Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Benjamin, & sa-
cerdothes & leuitæ, & omnes cuius suscitauit deus spiritum, ut ascendere ad aedificandum tem-
plum domini. Non dubius, inquam, quin idem spiritus, idem deus animo huius immiserit, qua-
tenus inibi remaneret, ut talis in tempore pararet adoptius eius Hesler, qui sanctos omnes
præficiuit, & prædestinavit, vocavit & iustificauit, atque magnificauit, ipse Mardochæus mag-
nus in paruula nepte pietatis opificem præficiuit & præparauit. Præficiuit inquam, antequam
in Babylonem captiuus cum lechoniam duceretur prouaur eius Cis. Non oculo hic commone-
dum erat, quia non ipse Mardochæus, sed Cis prouaus eius subaudiens eum, ubi premisso. Erat Hesler 1.
vir ludus in Susa ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius lair, filii Semæi, filii Cis de stirpe le-
min, statim sequitur. Qui translatus fuerat de Hierusalem, eo tempore, quo lechoniam regem
H. iii luda

Iuda, Nabuehodonosor rex Babylonis transulterat. Siquidem ab illa priore transmigratione in Babylonem, usque ad tertium annum regis Assueri, quando coniuicium celebrauit, & offensus depulit reginam Vashti, & loco eius complacuit Hesler, computatur anni secundum ducens. Nimis antequam illuc transferret propositus eius Cis, praeciuerae & praedestinauerat econtra ludorum cum nepte sua paruula Mardochaeum, ut tali in tempore haberet verbum de preparatum in illo humiliis, future carnis sua praesidium, ne excideretur arbor, qua datura erat talis fructu Christum, salutem omnium gentium.

Aman exaltatum, & adorari iussum, etiam regnum ambyssus, & Mardochaeo propter seruarum regem inimicum factum fuisse.

C A P . VI .

Factum est, quod futurum Deus praeviderat, scilicet rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadati, qui erat de stirpe Agag, & posuit solium eius super omnes principes quos habebat, cunctis seru regis, qui in foribus palatij versabantur, sicut etiam genu & adorabat Aman, sic enim eis praeceperat Imperator. Nimis & inuiditer regis liberalitas, dum se prouerebant ut amicorum fidem, profecto contra semetipsum sustollit inimicum crudeliter. Insuper & pars loco colimus eum, aliud idem in epistola, quas ad centum viginti septem provinciarum principes & ducer transmisit. Sculta exaltatio, jubere hominem adorari, quod soli debet deo, regibus tamen Persarum de more siebat adoratio, quod superbiae regis Persicum exemplum imitatus Alexander magnus aliquamdiu quidem suscepit, sed tandem ubi vbi se superasse existimat, non salutari, sed adorari se iussit. Accerrimus inter recusantes Calisthenes philosphorus exiit, quae res & illi & multis principibus Macedonum exiit fuit. Si quidem sub specie insidiarum omnes interficiuntur, retentus tamen est a Macedonibus modus salutandi regis, exulta adoratione. Quid igitur de Persico regni fastigio, praeceperat nomen regium, deflex illi superbus, quod quidem infatibilis eius auditas sceleratissime ambavit, sicut animaduertente. Ille et ex libri proemio, in vulgata, ut ait fideli interpretis Hieronymus, editione praedicto. Morabatur Mardochaeus in aula regis cum Gabatha & Thara eunuchis regis, qui sanctorum erant palaciei. Cumque intellexisset cogitationes eorum, & didicisset, quod conarentur in regem manus mittere, nuntiavit super eum regi, qui de utroque habita questione, confessos duci iussit ad mortem. Aman vero filius Amadati, Bugeus erat glorioissimus coram rege, & voluit nocere Mardochaeo, & populo eius, pro duobus eunuchis, qui fuerant interficii. Ambiebat ergo regi quocumque nomen, non contentus honore quamvis nimio, homo ingratus hominibus, inimicus deo, qui propter hoc Mardochaeo nocere voluit, quia regis vitam prementendo seruauit.

Aman Mardochaeo inimicum, cum videret sibi non flectere genu, et in gentis Iudeis extirpande consilium cepisse.

C A P . VII .

Verunque maior & certior odij magnacq; iracundiae causa extitit illa, quam scripturæ veritas hoc modò tradit. Solus Mardochaeus non flectebat genu, neque adorabat Aman, quod cum audiret Aman, & experimento probasset, quod Mardochaeus sibi non fletteret genu, nec se adoraret, iratus est ira, & pro nihilo duxit, in unum Mardochaeum mittere manus suas. Audierat enim, quod esset genus ludorum, magisque volui omnem ludorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem. Hec bellum causa, hoc duelli fuit initium, hoc modo duo dracones illi pugnare contra se coepérunt. Draco seilicet Mardochaeus apud homines, penes quos condemnabatur. Draco Aman videlicet primo apud deum, & omnes sanctos eius iudicatus, & deinde apud homines condemnatus. Nunquam tam erudeliter, tam suriosissimum quidem caput erexit draco diabolus aduersus mulierem, de qua saepe diximus. Cætera nanci capita eius sese erigunt, multoque hiatus patentia, hoc intendeant, ut devorarent filium eius. Caput istud quod hoc intendit, ut totum ipsum devoraret mulierem corpus, manifestius discordum. Cætera regna diabolicae crudelitatis famulantia, gentem illam vexando, dei legem, & omnem promissionis spem adimere contendeant, regnum illud proferentes Aman, delevit. re voluit gentem ipsam. Itaque mulier illam in toto habens atque parturient nunquam alia magis clamavit, nunquam vehementius cruciata est, id est, gena illa nunquam tam publicum, tam vniuersalem habuit luctum in omnibus provincijs, oppidis, ac locis, ad quæ crudele regum dogma peruenierat. Luctus & planctus ingens erat apud ludorum, ieiunium, viularum, & fletus, facio, & cinere mulier pro strato ventribus.

Quam ob causam Mardochaeus Aman non adorauerit.

C A P . VIII .

Primus ipsis Mardochaeus scidit vestimenta sua, & induitus est fæco, spargens cinereum capiti, & in platea Moedie ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amari uidein animi sui, & in hoc viulatu usq; ad sores palatij gradiens. Veraciter de isto quoque dies, quis seruus pertransiit anima eius, & vere beatus est. Nam beati qui persecutione patiuntur propter iustitiam.

Iustitia namq; est, quod noluit adorare Haman, iustum intuens causam. Cuncta nos (inquit) *Hes. 23.* domine, & scis quia non pro superbia, vel aliqua glorie cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Haman superbissimum. Libenter enim pro salute Israel, etiam vestigia pedum eius defoculari paratus essem, sed timui ne honorē Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo. Iustus igitur in hoc facto comprobatur legi sancte, iustus, & bone obtemperando, cuius hoc praeceptum est. Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruus, *Mat. 4.* ne proinde beatam habet memoriam, arque eximus est in eis beator, qui persecutionem patitur, vel passi sunt propter iustitiam, talisque filii captiuorum dignè ad epraus est possessionem, & coronam eliciam in regno cælorum.

Quam ob causam aliquot homines circa reprehensionē adorari posuerint. CAP. IX.

SED dicit aliquis. Si contra legem est adorari quemplam hominū, quomodo David san-
ctus, & sanctæ legis allector diligenter, lele adorari passus est, & non reprehendit la-
tum, quasi contra legem? Clamans namq; Achimass, bonum victoriam de Abrahon portians *2. Reg. 8.* nuntiavit, dixit ad regem: Salve rex, & adorans regem coram eo pronus in terram, ait: Benedic-
tus dominus Deus tuus, &c. Itemq; scriptum est: Inclinauit se Bethabée, & adorauit regem: Et
rursum, Submissioq; Bethabée in terrain vultu, & adorauit regem. Et ne adorations gestus *3. Reg. 1.*
minor videatur, vt dicas, longē esse minus vultum summiliter vel pronū inclinare, quam genu
flectere, quod siebat Haman. Ecce illud occurrit, quod mulier Thescuri, summisla a lob, cum
ingressa fuisset ad regem, ecce dicit coram eo super terrā, & adorauit. Quomodo ergo non repre-
henditur factum quasi contra legem in David, & Mardochæus hominem adorare pro fisci-
leglo duxit? Ad hoc breuerit respondeendum, quia longē aliud est, adorare hominem sine Deo;
quia erat Haman, aliud hominem Dei, qualis erat David. Nam dum homo sine Deo, homo
seruens diabolo adoratur, sine dubio diabolus in illo adoratur: & ecōtra, dum homo Dei, ho-
mo Deum honorans, & adorans adoratur vel suscipitur, Deus in illo adoratur, deus in illo sus-
cipitur. Sed & in hoc difficultas magna est, quod Haman superbus hoc volgebatur, hoc exigebat, vt
adoraretur. David siue quispiā latitans, humilitate Dei seruus, siue vicarius, adoratione non delecta-
tur neque sibi hoc exigit, vt adoretur. Et si aliquando religio fieri hoc exigit, constat non fieri
ad iniuriam, sed ad honorem Dei, constat non fieri homini, quoniam sit pronomine domini.

Quare tam difficilis ad regem aditus fuerit, & quin non vocatus adiret, occideretur.

CAPVT X.

CVR autem tanta erat difficultas adeundi regem: Nam quod magna difficultas fuerit, ex
eo manifestum est, quod Esther Mardochæo demandat, ita respondit: Omnes serui regis, *Eph. 4.*
& cuncte que sub dictione eius sunt, nonne prouincia, quid lievit, siu mulier non voratus
interius atrium regis intrauerit, absque villa cunctatione, sciam interficiatur, nullus fortè rex au-
ream virginem ad eum tenetori pro ligno clementer, atq; ita possit vivere. Rursumq; vade, &
congrega omnes ludæos, quos in Sua reperera, & orate pro me ne cœdat & nō bibatis tri-
bus diebus ac noctibus, & ego cuī ancillulis meis timilius ieiunabo, & tunc ingrediadur ad regem;
contra legem faciens, nō vocata, tradensq; nre morti & periculo. Cur (inquam) tanta erat diffi-
cultaς adeundi regem? Nimirū hoc venerat ex nimis ventilitate maderæ vanitatis, vt rex ma-
gnum imperium plus homine putaretur habere aliquid, nec vilior fieret ex vi publicæ visione: ma-
xime apud Persas mos iste lege sanctitas fuit, vt per longa regis occultaretur sub specie maiestati.
Ea lege diabolus per Aman abuvi volum, vt dum ille accusator tam familiaris regi immi-
neret, & ad excusandum nulli adiutus pateret, ad exorandum nullus accessus fieret, emulsa re-
gis sententia cureret irrecovabilis, atque ita draconis illi deuorare liceret, nō soli concéptum,
verum etiam totum corpus mulieris in utero habenuit, id est, gentem vniuersam delere, penes
quam erat promissa, quemadmodum idem Mardochæus ad Deum orans, dicit: Et nunc tua
volum mutare promissa, & delere luxuriam tuam, & claudere ora laudantium, atque ex-*Eph. 14.*
tingere gloriam rempli & alearis tul.

Aman stulte tempus perditionis Iudeorū per sortes que finis est, cum an perdendi essent;
nondum cognovissent.

CAP. XI.

Consideremus alitudinem cordis superbi in ipsa preparacione malignitatem, vt mensile *Eph. 3.*
primo, cuius vocabulum est Nulan, anno duodecimo Allueri, nulla ei tors in vrnam que
habrascit dicitur Phur coram Aman, quo die & quo mense gens Iudeorum deberet interfici,
& exiit mensis duodecimus, qui vocatur Adar. Nondum iesebat stultus, verum deberet gens
Iudeorū interfici, & sorte iam quarebar, quo die, quo mense deberet interfici: sorte putabat se
esse rancum, & tantus erat in oculis suis, vt in manu sua mors hominū, & vita credi deberet con-
stituta, & uice uoluntate sua fati esse iudicans, de interfectione querendū cœlebat à forstibus

H. iiiij. folium >

solummodo de intersectionis tempore. At ille, cuius carnis originem secundum sortes illas parabat praedicere, iamdudū dicebat per os prophetae. In manibus tuis sortes meæ. Voces quippe illius tricessimi psalmi, voces sunt verbi incarnati, cuius incarnationis fides & spes secundum promissionē, sic erat in corde illius gentis, sicut infans in utero mulieris. Quantunque vel qualisque forte eius fuerit vel sint, quas commemorare Deo patri dicit ipse. In manibus tuis sortes meæ, nullo modo debent excipi sortes, quas misit Amā, quin ad sortes eiusdem pertineant. Et reuera lūcūt in alio psalmo iam tunc dicebat. Et super vestem meam misérunt sortē, ut constanti veritate ipsi dicere conueniebat, & super matrem meam, super gentem, de qua nasciturus eram, misérunt sortem. Iggitur ille perditus, & à sua superbia deceperus, una sortitione cōfūlūtatione, de duabus rebus exultauit sibi responsum vel factū esse, scilicet & de intersectione, & intersectionis tempore. Sed in manibus tuis (inquit) sortes meæ, quod sic recte intelligitur, ac si diceret: iam de isto maligno sortoris Aman hostis & inimicus meus pessimum misit sortes, ut interficeret. Tu autem in manibus habens potestatem vitæ & mortis, sortes easdem comutaui ad illius intersectionem, & mes gentis creptionem.

Aman per sortes deceptum spūcum dedidit Inde, ad imperrandum à Deo auxilium.

CAPVT XII.

REuera iam in isto diaboli membrofactum est, quod significabatur in ipso capite diabolo. **Iob. 4.0.** dicente domino ad beatum Iob. Nunquid pones circulum in nāribus eius & nunquid illudis ei quāsi ait. Infatatus namq[ue] & illusus est ab ipsis sortibus, dum mattente eo sortem primo mense, quo die, quo mense ludūt debent interfici, mensis duodecimūt exiūt, totum utriq[ue] annum ad dilatationem sortis illa popofit. Deus exegi sortem regens & habens (vt iam dictum est) in manibus suis. Primum in hoc infatatus & illusus est, quod nondum sciens utrum gens deberet interfici, & solum querens tempus intersectionis, dum à sortibus respondetur intersectionem ipsam, à primo mense utique ad duodecimum, id est, anno ferē integrō debere differi, idem esse putat, ac si totū vel verunque habeat in manibus suis, scilicet & intersectione & diem intersectionis. Deinde & in hoc illusus est, quod dūa suscepita mora rante dilatatione interim pender sententia mortis, oportunum facit vniuersitate genti spaciū, quod sufficeret possit ad legationes mittendas in longinquum, id est, in aititudinem cœli, unde auxiliares copias debeant conducti, scilicet ieiunia, lachrymæ, & preces, que nimurū idoneæ legationes erant, & sunt, ad inuitandum seu invocandum de cœlo a auxiliū domini. Profecto & si prope erat (vt est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate) nihilominus ramen erat necellarium tam longum, à sortibus datum dilatationis spaciū, ut sufficeret tempus currentibus epistolis, & recurrentibus ad principes & populos tot prouinciarum, ut nouis epistolis veretes Aman litera insidiatoris, & hostis iudeorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigi possent, priusquam termino temporis concluderentur. Sānd clamores eorum, quibus vel quantis clamauerint in cœlum omnem aetatem sentire, & non obliuisci vult sacer ecclesia chorus, dum per singulos annos statutis diebus declamat ante dominum in persona illorū Euerte cor eius, scilicet regis in odium repugnantium nobis, & in eos qui consentiunt eis, nos autem libera in manu tua Deus noster in aeternū. Reuera qui perpendit quantum ad negotium fuerit clamare in cœlum, ne exterminetur gens vñica, de qua promissa perabat salus mundi, dignum existimat clamorem illum, siue hæc dicta clamoris illius altisonis vocibus efferti & immorari contemplationis angustiarum illius temporis, quando mulierem sapientiam in utero habentem, iam tūc antequam pareret salutem nostram pene absorbit.

Semper fuisse, qui diuinae promissionis de Christo memoros, eam impleri desiderauerint.

CAPVT XIII.

Anputas, neminem tunc in gente illa, vel de populo illo extitisse, quem eur ista tangere vel qui sciret Messiam venturum esset. In nō nulla ætas extitit, ex quo Deus ad Abraham locutus est, que non haberet aliquos fidem & sententiam promissionis illius habentes, & adiutum eius expectantes. Pauci admodum erant eiusmodi, scilicet quide aduentu vel regno Christi spiritualiter sentientes. Omnes autem audire oportebat legem & prophetas continentis atque testificantes eius promissionem, quamvis non spiritualiter inteligerent, id est, quibus non tam cœlestis, quam terrenum eius regnum sperarent. Nec dubium, quin & si in prosperitate negligenter erant, in adueritate ferent attenti ad illam spem, ad illam expectationem, iamque illum aduenire desiderarent quem subvenire posse eredabant, ut ipso regem magnum, regem potentē. Primus ipse Moses, dum mitteretur ad Pharaonē. Obsecro (inquit) domine, misse quem missurus es. Similiter de ceteris ætatis, vel temporibus sentiendum, quoties legitimus. Ecclasiæ rauerunt filii Israël ad dominum properillam vel illam tribulationem. Sciendū non diffusus clamoribus eorum memoriam spediebat promissiones, qua de lege & prophetis audiebant, promissum esse saluatorem. Simulq[ue] notandum, quod quemcūc taliter clamantibus suscitabat salutem.

saluatorem, aliquid per ipsum efficeret Deus, in quo significaret vel praesiguraret illum, qui expectabatur & desiderabatur, Christum unicum & verum salutorem, sicut deus quoque Mardochaeus iam dictum & adhuc dicendum est. Hæc tunc nunc dixerim, ut dubium non sit, quin saltem illa vexatio intellectum dederit auditui, ut recognoscant auditores mortis adictio consurgere ad Deum, & clamare pro aduentu Christi, tale quid, qualiter illud est David. Ut iustificans in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ester quartu[m] illu[m] celeberrimis virtutib[us] preditam fuisse. CAP. XIV.

Dilectas immorari, diutius contemplati factum multieris bonorum, de qua recte dicas. Musieris bona beatus vir. Numerus enim annorum illius duplex, quia videlicet, & in presenti & in futuro seculo memoriam bonam, memoriam aeternam habet. Delecas (inquam) contemplari, quoniam bona, & qualibus bonis ornata fuerit, & qualiter opus salutis per manus eius processerit. Ecce in facto vel in procello eius principales quoatu[m] virtutes animaduerterimus, quas & diuinæ & humanae scolæ concelebrant, quas philosophi tam seculares, quam ecclesiastici celeberrime prædicant, et tamen differentia, ut isti in spirituibus & aeternis, illi in seculatibus & transitoris fructibus expendant, scilicet prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Virtutes (inquam) illas promptum est agnoscere in ista muliere bona, in facta mulieris huius bonæ & sensar[e] gratia superna coornatas. Primo tam loco remperantiam eius conseruare liber: sequenti, iustitiam: tertio, prudentiam: quarto, fortitudinem.

Quomodo virtus temperantia in Ester relaxerit. CAP. XV.

TEmperantia virtus in ea splendet, dum in somno regni fastigio, in magno regis cubiculo casta & humilis appareat. Sic enim de ea scriptum est. Cum iam diadema regni in rapie eius posuit scripura narrasset, neccundum prodiderat Ester pariam suam, & populum suum iuxta mandatum eius, videlicet Mardochaei. Quicquid enim ille præcipiebat, obletus est Ester, & ita cuncta faciebat, ut eo tempore lolita erat, quo eam paruulam nutritiebat. item Ibidem, ipsa dicit in oratione sua. Tu sis domine necessitatem meam, quod abominer signum super Ester 2. ibidem. gloriae meæ, quod est luper caput meum in diebus ostentationis meæ, & detestet illud quasi pannum menstruatum, & non portem in diebus silentii mei. Veraciter eximium temperantia documentum hic apparer, quia magnâ humilitate suavitatem sermo iste redoler, item Ibidem, dicit. Tu domine, qui habes omnium scientiam, nosquid oderim gloriam iniquorum, & detestare cubicule incircuncisorum & omnis alienigenæ. Et hic profecto magnum temperantia decus est, quia mulier facta in capititate regina, quod animo casta sit, Deum testem habet.

Quomodo iustitia in ea deprehensa sit.

CAP. XVI.

IUstia in eo primum animaduertimus, quod consistet, & dicit: Peccauimus domino in conspectu tuo, & idcirco tradidistis nos in manus inimicorum nostrorum, columbus enim Deus eorum, Iustitia es domine. Hic iustitia est. Nam iustus in principio accusator est sui, Deinde & amplius in eo iustitia est, quod (sicut iam dictum est) Deum testem habet, quod odit gloriam iniquorum, & detestata sit cubicule incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Siquidem tempore illorum, & ex quo Deus ad Abraham facta promulgatione loquens, Circuncidetur (air) in vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem prepucilli vestri, ut sit signum foderis inter me & vos. Exinde (inquam) usque ad adventum Christi, iustitia principiū erat circuncidandi, cum si de Abraham crederet in promulgatione beati feminis. Vnde & Apostolus dicit. Et signum accepit circumcisio, signaculum iustitiae fidei. Nec prætereundum, quod valde congruum fuerit illud signum suis signaculum iustitiae fidei, in ea (qua semel nascitur) parte corporis, quia videlicet promissio cui Abraham credidit, feminis promulgatio fuit, feminis unus, quod est Christus. Itaque circuncidi, testimonium erat fidelis, testimonium credendi in Christum venturum, sive cuius fidei nullus potest iustificari. Iustitia igitur palmarum obtinet, iustitia quæ ex Deo est, dum detestatur cubicule incircuncisorum, sciens quia præter fidem feminis Abraham (cuius fidei circuncisio signum erat) rex ille quoniam sibi militebat, Deo iniustus existebat.

Et hoc iustitia fuisse, quod incircisio propter necessitatem coniungi sustinuerit.

CAPVT XVII.

Putas ne minus iustitia nunc obtinet tolerando id quod odereat cubicule incircumcisum, quoniam istrefugisset, ne villo modo conungearetur illis nequaquam, nam tu domine (inquit) iesus necessitatem meam. Et vera sententia est, necessitas parit coronam. Verè necessitas eius necessitas fuit parva coronam. Er quis nouit (inquit Mardochaeus) utrum idcirco ad regnum venieris, ut in tali tempore patereris. Nequaquam tantu[m] debuit illa esse custodia corporis sui, ut præponeret eam communis salutis genus, Imo saluti totius mundi, cui videlicet salutem omnium mirabiliter cooperata est illa coniunctio capitum Hester & regis Aßueri. Nā per illam occasionem liberati

liberati sunt Iudei, qui fieri debebant patres salutis, patres carnis Christi. Et si illa nondū hoc
totum seiebat, quanto primum ad cubile incircuncisi fuit adducta, tamen sic futurum erat. Ea
quis acuerit Mōsen de iniustitia dicente ad eum: Aut dimittit eis hanc noxam, aut ī non faciat,
Frs. 33.
Rom. 9. dele me de libro tuo quem scripsisti? Quis item acuerit Apostolum de iniustitia dicentem. Op-
tabam ipse ego anathema essē Čhrīsto pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum
carnem. Sicut profectio nec Hesler accuaride iniustitia potest, etiam si optaret coniungi incircu-
cis regi pro salute vel consolazione sua genti, etiam si non eveneret periculum tam magnum
quod post illam coniunctionem evenit, sola captiuitatis necessitas illam excusare posset.

Quomodo prudentia in cū consiliis spectata sit. C.A.P. XVIII.

Psalm 104. **I**AM prudentia virtus in ea spectabilis ad laudem Dei praedicanda est. Fecit enim tam prū-
denter, vt diligente spiritu sapientie fecisse non dubitetur, & sicut de beato Ioseph dictum est.
Hesl. 5. Eloquium domini inflammatum est. Ita de ista quoque veraciter dicas. Eloquū domini inflam-
mauit eam, dicenti ad eam regi. Quid vīs Hesler regina, quae est petitio tua? etiam ī diuinitatē
partem regni mei petieris, dabitur tibi, Ita respondit. Si regi placet, obsecro, vt venias ad me
hodie, & Aman tecum ad coniūrium quod parauit. Non statim dixit petitionem suam, nō cor-
fistim aperius voluntatem suam, sed ad coniūrium vtrumque inuitauit, amicum & inamicum,
regem & Aman. Prudenter prouidebat illic aperire iniusticias, vnde effugere non posset hostis
homicida. Sed nec in primo coniūrio rem aperuit, dum itaq; hostem morti destināti vnius diei
mala securitate perseruit, & de magnitudine diuinitarum gloriari, iactantem atq; dicentem, Re-
Hesl. 3. gina quoq; Hesler nullum alium vocauit cum rege ad coniūrium, prater me, apud quam etiam
eras cum rege pransurus sum. Illum vtique male securum, regē autem magis benevolu-
misi fecit attentum. Si (inquit) inueni gratiam in confectu regi, & si regi placet, vt det mihi quod
postulo, & meam impleam petitionem, veniat rex & Aman ad coniūrium quod parauit eis, &
eras regi aperiam voluntatem meam. Feram immanem, virum ferocem, vt tradat ad suppliciū,
allicet ad edulium, ne prius audiat famam, quim lubeat pœnam, ne prius videat soueam
quām incidat in eam: prudens & sciens commodius esse, feram comprehensam in his opprimit,
quim exterritam & per saltus fugientem cum canibus dubio euentu inseguiri.

Quid prudenter coram rege petitionem suam exposuerit. C.A.P. XIX.

Hesl. 7. **P**ORRO ipso modus locutionis, vibrandem regi voluntatem suam aperuit, vbi petitionem
suam & preces suas locuta est, ille (inquam) modus locutionis qualis exitit, dicenti regi
iam tercia vice, Quae est petitio tua, etiam si dimidiā partem regni mei petieris, imperabis,
Ita respondit. Si inueni gratiam in ocula tua ore: si tibi placet, dona misericordiam meam pro
qua rogo, & populum meum pro quo oblecto. Tradidi enim sumus, ego & populus meus, vt
conteramur, & lugulemur, & pereamus, atque vniā in seruos & famulas vnderemus, esset
tolerable malum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redundat
in regem. Laudabilis in tali elocutione prudentia est, prudenter sana cuius doctrina ei sancta &
natura humilias. Nunquid reginam se esse iicebat, quae cum tanto timore obsecrabat & Profecto mirari rex ipse poterat, qui si
peteter illa dimidiā regni sui partem dare paratus erat, mirari (inquam) quid regina sua, di-
lecta sua, digna imperio præ cunctis mulieribus existimat, sibiq; præ omnibus scemini com-
placita, pro anima sua, si est, pro vita sua supplicabat, tanquam captiva, tanquam proscripta,
velut si ab ipso rege fuisset condemnata. Hæc propter intimandam eius prudentiam dicta linea
que tanta est ut magnitudinem eius nullus verbis dignè valeat consequi.

Eius prudentiam verius diuinam prouidentiam fuisse. C.A.P. XX.

Hesl. 5. **N**unquid vero satis est dixisse prudentiam? Imo magis diuinam prouidentiam. Confinde-
remus qua inter dilationes evenerunt, dum differt regi aperire voluntatem suam: & illa
quidò confitabit quia prouidentia diuina rex reginæ prouidentiam. Quando ad primum cum
rege venit Aman coniūrium, nondum sibi metum destinatum parauerat supplicium. Siquidem
Deo iudice sic fuerat præordinatum, vt ipsemet pararet patibulum, machinatum alteri, debi-
tum sibi. Hoc autem (sic iam dictum est) nondum parauerat. Diuina igitur factum prouide-
tia non dubitamus, quod voluntatem suam primo aperire coniūrio differens, Veniat (inquit)
rex & Aman ad coniūrium quod parauit eis, & eras aperiam regi voluntatem meam. Egressus est
filo die Aman læsus & alacer. Iube (inquit) vxor eius parari excellam trabem habentem alti-
Hesl. 6. tudinis quinquaginta cubitorum, & dic mane regi, vt appendatur super eam Mardochæus, & sic
ibis cum rege læsus ad coniūrium. Nocte illa rex duxit insomne, & inter legendū vel audiendum
historias & annales prioris temporum venit occasio, vt illum quē parabat Aman appendere super
patibulum, ipsemet regis vestibus induitum imponeret super equū regis, præcedens & clamans
Hesl. 6. ante illum: Hoc honore condignus es, quemcunque rex voluerit honorare. Multum itaque per
dilatio-

dilatationes illas aucta est regis benevolentia, & hoc diuinitus prouisum est, quoniam regem auctam petitionem Hefter, benevolu quoque Mardochaeo fieri oportebat, quod mirabiliter effecta nocte illa meritorum eius relata memoria.

Aman in coniunctio quasi hamo caput fuisse. CAP. XXI.

Amplius autem illud, quod adhuc dicere libet, prudentia Hefter pariter & diuinus prouidentia laus est. Denique de diabolo dictum est ad beatum Iob. In oculis eius quasi hamo caput eum. Item, an extraire et poteris Leuiathan hamo? proferre per escam captur, quod Job. 40. hamo extrahitur, esca ostenditur, ferrum lubegetur. Quod secundum hanc similitudinem diabolus, persequendo Christi humanitatem, ab eiusdem diuinitate fuerit comprehensus, nostrum & vitatum habemus, nimis illius, scilicet diaboli ferus & latellus erat Aman praecipuis, & in illo habitans ipse diabolus rem tantum celera inachinabatur. Nonne igitur mirabile est, & cingulatu delectabilis, quod in coniunctio caput est, dicente regina. Hostis & inimicus noster pelli. Hej. 6. non sic est Aman. Denique quasi hamo caput est in oculis ius, comprehensus est, qui coniungendo super mensam inueniens pocnam. Manifeste & miro modo gessit diabolus figuram, econtra Christum Mardochaeus typum gelit. Siec enim Aman in cruce fixus est, quam Mardochaeus parauerat, & Mardochaeus super equum regium ascendit, quem honorem ibi Aman a regi parari parauerat. Ita diabolus in cruce damnatus & triumphauit, quam Christo parari fecit, & Christus viuens sedet ad dexteram patris, cuius similitudine diabolus sibi arrogare prouidit. Proinde grater dixerit, quia verbum Dei, verbum Deus, verbum nondum incarnatum, Deus nondum homo factus, vicitur iam non iolum ibi praesignatum, verum etiam ibi iam vicit, ibi iam prudenter eius percussit superbum, & ibi iam obsteante manu eius expellit eum coluber tortuosus.

Quanta fuerit in ea boni zeli fortitudo. CAP. XXII.

Quod per tres iam dictas virtutes, temperantiam, iusticiam, atque prudentiam strenuam, in quo diuinitus fuerat prouisum, per fortitudinem confessum haud legniter est collummatum. Fortitudo in peccore humilis somnitore tate extitit, que & in omnem genit ipsius redierat, ut fulpeno Aman in patibulo, cum registris requeuerit, celus regis non requieceret, sed si regi placet, inquit, detur poena ludeis, ut sic hodie lecerunt, sic & cras faciant in suis & decem milii Aman suspenderantur in patibulo. Dixerat autem ei rex, In verbis suis intercesserat Iudei quingentos viros, & alios decem milios Aman. Quantu' putares exercere eadem in vniuersitate pecunias? Quanta fortitudo zelit, dicens sic lecerunt hodie, sic & cras faciant in suis, & iuspendentes in patibulo iam intercesserat deceni filios Aman. Si non sufficeret proprie Deum vel propter iustitiam, videretur crudelitas: nunc autem considerata causa, vindictam eiusmodi non solum excusat, verum etiam iustificat, quod non fuerit furor crudelitatis, sed seruus fortitudinis: non motus saevit, sed morus iustitiae, non ira excessus, sed vita prosperitas. Caufam iam considerauimus, tam considerandum proponimus, quia de gente illa sperrabatur mundi salus, nascitur expectabatur Christus. proinde dignum se faciebat spiritus sanctus, inspirando humilibus & teneris mentibus, ut pro tempore & re iustitia dura, duritia iusta vicerent, defendendo bona oiuia radicem, bona radice oiuam, ut staret & permaneret, donec daret fructum suum, donec effundenter oleum, verum generando Christum. Quod ubi factum est, reconde, au Petro, gladium in vaginam, quia videbatur, cur viceretur gladio Petrus, causam iam non habebat necessariam. Cum igitur legimus, quia pro animabus suis stetere Iudei, intercesserat hoitibus ac persecutoribus suis, in tantum, ut septuaginta quinque milia occisorum impleuruerit, & nullus de subiectis eorum quicquam contingere, iam dicta prae oculis habentes causam, dignum felicitate lacuum arbitrarentur, quod videlicet iustum ieripo edixit Mardochaeus, sanctus Hefter, ut omnistudio dies intercessiois altius solennis in potius rueretur, & reverente semper anno solenis honore celebraretur.

Quoties Verbum Dei aliquod ex capisibus draconis dicitur, persone, in qua dicitur, & etiologia signa contulisse.

CAP. XXIII.

HIC iam notandum de verbo Dei, quia de singulis capitibus draconis dum vincit regalia viae signa, petionis illis per quas vincit, imponit. Ioseph & Moles, per quos vicit caput primum, caput Aegyptium, in curribus triumphauerunt dominique ac principes facti sunt, *Caput primum* dicens rege. Ecce constituit se super omnem terram Aegypti, annulum regium, stolamque marmorum, & togam accipient auream, sedensque super currum tegum. Moles autem Aegypti, pro domina, meritoque Pharaone, decantans victorie canticis, totius populi obvientes principatum Helias, per quem iudicatum atque contritum fuit caput secundum, sicut loco suo narratum est, postquam dicit reges ad periculum, & confregit potentiam eorum, postquam secundum. Vixi reges ad potentiam, & prophetas fecit successores post se receperus est in turbite agnis, in

curru equorum ignorab. Daniel, & socii eius, per quos humiliatum fuit caput tertium, principes facti sunt, praecepit Daniel, quem rex Nabuchodonosor, cadens in facie suam adoratus, & in sublimis exultit, quem deinde Balthesar purpura vestitus, & torquem auream collo circumedit. Mardochaeus & Hester, per quos caput quartum, appenso Aman in patibulo, & filii eius, ut iam dictum est, sepruginta quinque milibus strangulati atque cœlium est, qualiter vicit in illo fuerit glorificatio. Hester regina regium in capite suo gestauit diadema. Mardochaeus de palacio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regis, hincinque videbatur & aures, coronam auream portans in capite, & amictus pallio serico atque purpureo. Qui caput quintum, caput nequissimum repercutuerunt. Machabæi fratres post bella ingentia, crebracq; victorias, purpura & stola sancta, sibulæq; aurea regio more perornati sunt, & posteri eorum regnum & laetorū non parua gloria recuperatum obtinuerunt. Porro qui caput sextum vicit, septimumq; vincet, quando Antichristum spiritu oris sui interficeret Christus Iesus, non qualisq; propugnator verbi Dei, sed ipsum verbum Dei, verbum Deus, homo factus, coronam aut purpuram in hoc mundo non nisi risonè accepit, coronam spineam, chlamydemq; cocineam, & in dextera manu arundinem pro sceptro imposita. Veruntur enī que pro irrisione in hoc mundo data sunt ei, sic in feria conuertit, ut nunc appareat angelis & hominibus sanctus in gloria & honore patris, habens purpuram resurrectionis, coronam gloriae, & aeterni scepterum imperii. De tubis ultimis capitibus mentio nunc tantum facta sit, ut simul de eiusdem capitibus unum in praesenti loco spectaculum habeatur, quod ad laudem spe et verbi Dei. Quia qui pro illo laborauerunt, & regnum eius expectauerunt, singulis suis temporibus insignia victoriae regalia, praesenti quoque leculo spectabilia post labores & angustias sustulerunt. Nunc ad ordinem reuertamur.

*Quid mysteriū contineat, quid Aman in patibulo quod Mardochæo paraverat, suspen-
sus fuerit.*

CAPVT. XXIII.

In genere spectaculum & tunc erat oculus intuentum, & nunc est mentibus memorantissim quod homo potens & superbus catenus adorari solitus ante portas urbis, in patibulo quod Mardochæo præparaverat, suspensus est, & omnis cognitio eius: nō nobis, ait rex, sed Deo, ei redente quod meruit. Hoc ipsum valde miratur & Iosephus, qui tamen totum mirari inteluit, quia sacramentum Christi, cuius in typum illud gestum est, ignoravit. Unde, Inquit, mihi contingit mirari nomen Dei, & sapientiam, iustitiamq; eius agnoscere, non solum quod malevolentia Aman puniuit, sed quod exaggrata in alium tormenta, in eum conuertit, & carceris hoc sentire permisit, quoniam qui in alium molestus fuerit, haec in se primum parata cognoscet. Torum (ut iam dictum est) mirari neciuit. Nos autem sciamus, & mitemur in laudem verbi Dei, quia futuri triumphi sui, quo redimenderunt mundus omnes, pulcherrimam similitudinem præmisit illi. Nam sicut iam supradictum est, in ligno crucis non verbum Dei, verbum Deus interit, sed diabolus, cuius similitudinem gelidus Aman iudicium damnationis accepit, & hoc extra portam ciuitatis, ne vel à mysterio vacer, quod ante portas huius urbis, id est dux, ait idem rex, & Aman, & omnis cognitio eius penderet in patibulis. Hoc exinde plus habet miraculi, quod non per hominem prophetam iustum, siue cognitorem sui nominis, sed per hominem gentilem Deus rem tanti effecti sacramentum, tam profundi plenam mysteriū.

Quid mysteriū contineat, quod domus Aman data sit Hester reginae. CAP. XXV.

Sed illud ad mysticam similitudinem nonnullū attinet, quod suspenso Aman in patibulo, die illo, ait scriptura, dedit rex Assuerus Hester reginæ domum Aman aduersarii iudeorum. Vtique dando Hester dedit Mardochæo. Nam lumen sic scriptum est. Hester autem constituit Mardochæum super domum suam. Quantum ergo pulchritudinis in loco facta est, si illud recolas, quod in euangelio veritas ait, significans diabolum de domo sua fore enciendum. Cum (inquit) foris armis custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possiderit, si uenit fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ipsa via eius distribuit. Si futurum erat, & sic factum est, quia diabolus tanquam fortis armatus in genere humano potestatem habet, per peccatum sic obtemperat mundum, tanquam dominium suum, siue atrium suum, sed verbum incarnatum fortiore manu superueniens vicit illum, & atrium illius fecit suum. Pulchritudo igitur cum Hester Mardochæus euadens patibulum, viuis iulpsit Aman domum possebat: tquia sic futurum erat, ut Christus verbum Dei, cuius origo carnis per Hester & Mardochæum defensa esset, in cruce damnato principe mortis, ipse cum ecclesia sua principatum teneret, præsentis quoque secuti publica religione socialis secularis imperii & ecclesiastici sacerdotis felicitate.

*Somnium Mardochæi, in quo parvum fontem in flumum magnū, deinde in sole conseruit
diderit in Hester regina completem fuisse.*

CAP. XXVI.

Quid

Quis tandem non videat effectum somni verum, sicut dictum est. Parvus fons qui crevit in flum, & in lumen solem conuersus est, & in aquas plurimas redundauit & Hester est, quam rex accepit uxorem, & voluit eile reginam. Sed forte dicit, quod omnis cluitas exultauit, & latata est, quod ludus noua lux oriri visa est, & honor, gaudium, & triplidum, quod omnes populos, urbes atque provincias, quo cuncti regis iusta veniebant, misra extulit, epulæ, atque conuicia, & festus dies, quod inquam post tristitiam noctem tantam labuerunt lacrimis lucem parum est, ut iam complectum illuc arboreum, quod parvus fons crescens in flum, conuerti visus est in solem. Concedendum est, quia nullum gaudium transitorium pro Transitorum quantacunq; sui magnitudine mereret nuncupari sol, aut comparari soli, cuius videlicet solis gaudium solis lux sine forma non mutatur vt luna, sed plena persuerat. Igitur nec Iacob in loemio Ioseph, comparari non negat. Hester in somnio Mardochai propter suam personam soli assimilata est, sed propter Christum patefi. solem iustitia vnum & solum, tam ille quam haec per solem signatus est, ille qua iam Christum habebat in promissione, haec idcirco, quia Christi genus vnde natus eretur, referauit adiuuante sui corpore gratiosa pulchritudine, fidei, & castæ mentis merito praecunite. Finis & causa finis eorum quae tunc facta sunt, Christus est, & idcirco veraciter dixi, quia parvus fons in solem conuersus est.

Captivitatem populi proper terbum Dei, multo quam genitum imperiosam libertatem, gloriose forem fuisse.

CAPVT XXVII.

Comparetur nunc illa populi Dei captiuitas cum libertate gentium, sub quibus, vel inter quas populus ille et capiuitus erat. Quidnam gloriolus, quid felicitas extat gentium ne que sine Deo erant imperiosa libertas? et populi spem habentis in verbo promissionis captiuitas? Regimen et captiuitas populi Dei.

- At verò ut certum respondeas iudicium, respice conscriptam ex historiis & annalibus felicitatem, immo infelicitatem gentium & regum super eos dominantium. Quomodo regnabant et quomodo imperabant? In sanguinibus regnabant, in mortibus imperabant, faliè viventes, & verè morientes, gloriam siuerentes, & calamitatem habentes. Nunquid enim illa quae diximus capita draconis interea, dum contra mulierem in utero habentem labant & habant, faltè sumbinet parcebant, & inuicem mordendo semitispâ lanare celabant? et in suis moribus ignet ipsa multo magis cruentabant. Nam contra mulierem quidem vno malignius ipsius malè concordantia, rictum semper fariebant, dentesq; collidebant, sed contra leves netispâ uno modo diuisa inuicem oderant, & super inuicem saliebant, terramq; suo sanguine quali copioso imbre compluebat reges regum, amici amicorum, cognati cognatorum, filii patrum, patres filiorum, nec maternis vberibus filii parcentes, sanguinem voraces hauriebant, irritati interdum solummodo fauoribus dissimilis propter regnandi cupiditatem belunam. Mater non nunquam dum alteri filio plus fauere putatur, ab altero filio iugulatur, & a filio pater obtruncatur. Millia centena, & plusquam millia centana dicti in bello caesa, numerum diabolo pro ludo habentur. Non est praeiuncti propositi, horribiles & diabolicas recitare genitum bellorum tragedias, qui vult, vel cui vacat, sive historias multiplices, legatillas. Nolite alii intentio est, peribere quod verum est, captiuo Dei populo, gentes vel reges gentium captiuentes. illum, etiam secundum praefata leculum suelle miserabiliores, quoniam ista respicientibus ad promissionis verbū, omnia non solum in futuro, verum etiam in interdum in praesenti seculo cooperabantur in bonum, illis autem cum verbo Dei nihil habentibus, omnia cooperabantur in malum.

Superato per terbum Dei Persarum & Mædorum regno, Macedonum quod in Daniele per hircum caprarum significatur successisse.

CAP. XXVIII.

Tandem siere oportebat, quos in verbo domini dispositi fuerat, sicut Daniel preuiderat, ut videlicet hircus caprarum veniens super faciem totius orbis terræ, & efferratus in arietem percuteret eum, & cornua eius cominueret, ita ut aritem de manibus eius nemo liberare posset. Hircus caprarum regnum fuit Macedonum, & cornu insigne quod habebat inter oculos suos, magnus Alexander exxit. Porro artes regnum erat Persarum & Mædorum, Darius Ar-
fami filius regnabat rex quartusdecimus, in quo complectum est, quod significabatur præm-
strans propheticus spiritus. Cumq; milites (au) in terram aritem, hircus conculcauit eum, & ne-
mo quibus liberare eum, videlicet aritem, de manibus eius. De hoc mirabilis & miserales illi-
lud propter præmorum regnum vel regnum gentium infelicitate non præterire libui, quia grande spectaculum factus est, & experimentum magnum, quim sit miserales illi-
ius seculi, quam infida ludicia mundi. Tibus præliis ab Alexandro viatis, & cognatis suis au-
reis compedibus & catenis, in gratia victoris vincitur, & clauso vehiculo exportatus, multique vulneribus confosilius adhuc spirans ab Alexandri militibus inuenientur, & perlatus ad Alexan-
drum, felius te (inquit) hostis, quia cognatus propinquus meo fortius sum: matris quippe
& libertate mens à te liole data vita, militi a cognatis erupta, quibus & vitam dedi & regna. Haec
propter incertam & iudicram mundanæ felicitatis aleam cōmemorata sint, quia regna mundi
I. semper

semper fallacia fuerunt & sunt. Verum autem est verbum, quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

Quas ob causas regnum Macedonum in priore visione per pardum, in posteriore per hircum fuerit significatum.

C.A.P. XXIX.

Nunc illud quoque animaduertere libertat (quoniam ad intentionem praesentis operis non nihil artinet) quod regnum Macedonum in anteriore visione per pardum, in sequente signatur per hircum. Nunquid enim sine causa tam diuersa vnius euidenter regni figura est demonstrata? Nequaquam, sed res diuersas visionum species varia est. Spiritus sanctus, spiritus propheticus sicut praeclius res venturas, ita rerum venturas scilicet congrue preeunte accommodare figura. Futurum quippe erat ut regnum Macedonum & serinam pardum ferocitatem, & effeminatam luci habens libidinem, sua vibrarer cornua contra altissimum, suam obscuraret saevitiam contra verum & vere firmum. Eripe dicta promissionis verbum. Ex sacra recitandum est historiam, & postmodum recitaretur quam feru, & quam fuerit libidinosum, ferociate crudeliter & crudelitate feroci, sanctos altissimi ceterendo, libidine insana, insania libidinosa populū, & tēplū Dei contaminando, ferocissimum atque crudelissimum secundum pardum scilicet libidinolum, & effeminatum, secundum hircum semper in libidine proni petulantiam, astutum atque versutum secundum pardum varietatem, fluxum atque incontinens secundum immoderatum sanguinis hircini calorem. Vitis istia tam diuersis ferocitatis atque libidinis regnum illud Macedonum sive Graecorum contra verbum promissionis laborauit, quod postmodum suo loco plenè dicendum erit, & idcirco praecedente visione per pardum, & subsequente per hircum illud praemonstrari dignum fuit.

Quas ob causas regnum Persarum & Mædorum, in priori visione per persum, in posteriore per arietem fuerit significatum.

C.A.P. XXX.

Nihilominus & de regno Persarum atque Mædorum quæstiu digna est, cur in visione anteriori per similitudinem viri, & in subsequenti per formam arietis sit signatum. Ad quod congrue responderi potest, quia causa diuersa, immo contraria regnij suorum, erga Dei populus, & circa repositum in populo illo sapientissimis promissionis verbum. Causa illa ram longe diuersa dicere non dubitauerim, quia diuersæ naturæ sunt horum animalium viri & arietis, quorum alterum rapto & cruento viuit, alterum innocuum nec sanguinem sicut, nec rapto viuit. Proprius est hoc discerni, si recipias regnum illud secundum Armanum, quam crudeliter fuerit secundum reges, quam clementer illi populo se impederet. A mani quippe moribus veraciter viri, truci furore, immandati rabi ludorum genus in niuersum ore aperto hianu deuorare voluit. Reges autem, maxime Assuerus, more arietis lanis suis, id est, opibus roulatis, quibus regnum illud abundauit, eum dem populum sicut & dicauit, nullumq; dentem malignitatem inflixit, sicut aries dente nemorum perit, immo vitæ gemitus illius multū letitiae aucta gratia regine Hester & Mardoniam. Sed forte dicat quis, ipsam personam regi Assueri per virum in illa visione oportere inveniendi, quia scriptum est. Et sic dicebat ei, videlicet viro. Surge, comedere carnes plurimas. Et hoc lignat illud dictum Assueri regi. Si tibi placet, decerne de populo ut pereat. Ad hanc inquam, non soli regis personam, sed totum regni corpus signavit viri, nec soli regi dictum est, decerne ut populus pereat, sed toti regno mandatum est per omnes provincias, ad omnes satrapas, & iudices provinciarum, ut occiderent acsi delerent omnem ludorum populum. Igitur secundum Armanum quidem, & secundum omnes qui ludis nocere voluerunt, viri ferocissimum. Secundum regem & omnes illos qui maligniter illius spiritum non habuerunt, quia aries fuit regnum illud.

Quare hircus unum tantum, aries autem duo cornua habere visus sit.

C.A.P.VT XXXI.

Si & illud queras, cur idem hircus viri est vnum tantummodo habens cornu inceps oculos siuos, aries autem cornua duo, faciliter patet responsio, quia corpora quidem animalium similiter regna signant, reges autem eorumdem tegnorum intelliguntur per cornua. Constat autem quia regni Macedonum rex unus Alexander extitit, & victo Dario, sicut iam dictum est, solus suo tempore regnum tenuit. Regnum autem Persarum & Mædorum non rex unus extulerat capita Babylonica, sed duo Babyloniz victores, & duo fuere reges eodem tempore unus imperii conformes, videlicet Cyrus & Darius Mædus autunculus eius, Ariagius filius. Bene igitur hirci quidem vnum, aries autem duo cornua vira sunt, quia videlicet rex unus regnum Macedonum, duo autem reges Persarum & Mædorum roborauerunt imperium. Cyrus tempore vel aetate junior quam Darius, victoriis & potentia plus crevit, nec non & opibus & Dario maior est effectus. Hoc pulchritudo vissio memorata innuit, dum præmisso, Et ecce aries unus stabat ante portam, habens cornua excelsa, sublimior, & nunc excelsius altero aug successiens, Hic est, Cyrus Dario valenter, & victoriis magis quam ille proficiens.

Diagram

Magnam victoriam verbi Dei partim in hoc esse, quod sicut regna mutantanda prædixerit, ita & mutauerit. CAP. XXXII.

Adsumnum, nonne in ipsa regnorum mutationibus pulchra pars ducet eiusdem victoriam verbi Dei, quam laudare suscepimus? Si quidem verū dicere, & falli non posse, id sine dubio vincere est. Et huiusmodi victoria maximè ad verbum Dei pertinet. Videbat autem Deus hoc, antequam fierent, & de futuri siebat verbum domini ad homines, ita ut dum fierent, sine dubio constare posset hominibus, quod non casu euenirent, sed ordinante prouidentia Dei rationib[us] procederent, & per iustum iudicium disposita contingenterent. Unde quidam ipsorum prophetarum cum præmiserint, dicens. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecerit, coram sinuō subiunxit: Quia nō faciet dominus verbum, nisi reuelaverit dominus secretū suum ad seruos suos prophetas. Exempli gratia, ut de regnis suis murandis, & contra se inuicem pugnaturis non fecerit dominus quicquam, nū prius reuelaret secretum suum. Primum sub imaginibus bestiarū, leonū, vrsi, pardi, & quartæ terribilis, quae sine nomine describitur, & deinde sub similitudinibus arietis & hirci, quas nouissime sermo commemorauit. Cum igitur prius in verbo domini prophetia reuelatur secretum, & tunc demum sicut reuelata vel predicta lunt, ita omnia fiunt, simul & verbum Dei palmarum obtinet veritatis, & opinio confutatur illorum, qui putant hunc mundum causaliter agi, nec regi prouidentia Dei. Contra quos ait per Hieremiam prophetam ipsum verbum domini. Quis est iste qui dixit, ut fecerit dominio nō nobis, ex ore aitilium non egredientur nec bona nec mala? Recte nimis indignatur contra eiusmodi, quia nihil sit, nisi domino iubente. Nihil sine causa sub sole. Non agitur mundus absque Dei prouidentia, sed ex ore eius egredientur bona & mala. Mala, dum mundus propter sua merita iusto iudicio affliguntur. Bona, dum prosperitate aliqua consolacionē inuenit & laetificatur. Merito neferit, qui alteri sentit, iuste reprobatur, qui contraria sapit, dictiorum de illo. Quis est iste, quod idem est, ac si dicat Deus, Neferit quis sit iste, nolo scire quis sit iste, Discedat à me, nō noui istum, nolo noscere istum.

OCTAVI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE VICTORIA VERBI DEI,

LIBER NONVS.

Prefatio ad Cunonem, qua conqueritur se frigidum atque negligenter, orationibus iuuari postulat.

CAPVT I.

VINTI capituli contra verbum vel propositū Dei prælia meditari animo, iamdudum causa subest, cur illius reminiscetur dicitur Job. Ab Aquiloni ab. 37. ad rum venier, & ad Deū formidolosa laudatio. Tibi Cuno amarissime pater causa haec intimanda est, ex quo laudationem domini, quam loquebatur os meum, corpore ampliè quasi aurū, fateor, sensi magis quam exercitus fenseris, me esse ad Aquilonem, id est, non habere me sicut oportueret, seruidū diuinis a moris virtutis, viuādam & ardentem de propria fature sollicitudinem. Faco ribi me inuenisse experimentum, etiam illius dicti, Posuerū me custodem in vineis, vineā meū non custodiū. Nunc maximē dum singula draconis capita prosequor, & singulorum culpas sceleraque sanguinea describere gestio, videtur mihi, quod contra me versus in iram, suum exco gitem furorem, & de me quasi accusatore suo desideratum querat ultionem, ita tentationis nūtibus & grandine curarum me operit, & negligenter gelu confringit, ut cum scripta mea in ore tuo liberter legas, & sic amplectaris velut aurum laudationis, etiam veracter dicere potes- tis. Aurum hoc ab aquilone venit. Restat igitur, & mihi expedir, ut laudatio hæc mihi formidolosa sit, id est, hoc ipsum formidem quod scriptio laudationem domini, presumptio & vanz gloria repudierit, non mercede, quia studium quod erat sanctorum, non sanctus impudenter arripiū. Tuis & omnium te diligentium orationibus opto iuuari, ne remaneam in terra Aquilonis, unde aurum venit, sed cum ipso auro in regionem proficiisci merear. Ausisti clarissimi, sole nascientis fulgentis.

Reffponsio secunda Cunoni facta, qui rogaret, ut prefationem secundi libri Ma- chabeorum explicaram, hinc operi insereret. CAP. II.

DE isto capite quinto, & de his qui repercerunt illud, scilicet Machabaeis fratribus, oculis veniens se obculit, ut dices ad me. Scribe mihi librum de victoria verbi Dei, si- cut in prologo commemorauit, quem huic opere tecum loquendo prescripsi. Nunc adhuc inscris-

I II rogi-

Togitans, imo per vim dilectionis imperitans, ut prologum secundi libri Machabaeorum longum, & vi dicas tu, milie videtur, penè difficilem. Aliquantum studium adhibendo explicem, quasi ego cunctam possim, aut debito sum tuam actionem perfoluere. Dicte etiam ludibus, quod lamdum hoc ipsum somnaueris, & somnando nūni supplicaueris pariter ac iussu seris, quatenus hanc partem scilicet elucidationem prologi, huc insrerem & aperte conuenienter operi, & quod primum recusare solet, & deinde lopondate obtemperare vobis sum. Er ego tibi audeo dicere, sollicitus tamen ne cuiuspiam filiorum osculus hoc videat, & nō benevolē hoc accipias, qua videbar mihi quandam luxam cum diabolo diuinam habere, tandemq; dicere illi delicienſi me. Cum placuerit altissimo, ponai fedem suam in me, & loqueretur iudicia superte. Si non vanum fuit quod videbatur, & si nunc re adimpleatur, dum lingua draconis capita studioſo sermone percūimus, adiuuadit ipsum verbum, ut tuum quoq; somnii ſue obtemperante proficeret.

Quintum caput draconis ſuiffe regnum Græcorum C A P. III.

Quid primum de isto capite dicendum est, iam continuo gestiebat animus aggredi, Corniculum illud unum de multis cornibus hirci, per quem regnum Græcorum lignabatur, ut iam praetributum est in fine libri praecedentis, quod videbatur corniculum magnificum est visq; ad fortitudinem ecclie, & deiecit locum sanctificationis, videbatur Antiochus qui appellatus Epiphanes, id est nobilis, sub quo sepius Machabæi fratres paruuli cum matre passiſi, laeti rem istam properius sermo tendebat, quæ nimis pars magna est prælui, quo prælia ſunt draco ille magnus, Serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas contra ſepe dictum beatae mulieris concepimus, id est, contra iuscepit in fide antiquæ ecclesiæ ex tempore Danielis, Abrahæ verbum prorogationis, sed mentem adhuc ſuperius tenet illa vox ad Danielm angelis dicentis, Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & noli meruere, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad affigendum te in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum relitti mali viginti & vno diebus. Et ecce Michael unus de principibus primus venit in adiutorium meum, & ego remansit ibi iuxta regem Persarum. Et rursum ait, Nunquid scis quare venerim ad te, & nunc reuerter, ut prialiter adiuerius principem Persarum? Cum enim egrederer, apparuit princeps Grætorum venies, & nemo eſt adiutor meus in omnibus hiis, nisi Michael princeps vefter. Vox, inquam, eiusmodi mente audientem, tanquam tuba veherens, ad se conuerit, & miraculo ſuo commoneſerit, non preterire nos, quod non soldini homines, verum etiam angelicæ fortitudines motu fuerint, & principes fuerint in prælio, quod clamare iuscepimus, ſcribentes hoc opus de victoria verbi Dei.

Principes Persarum & Græcorum malos angelos debere intelligi, refiſtentes principibus bonis, id eſt, angelis. C A P. IIII.

I. Orient. 2 Principes istos Persarum & Græcorum, quales ſint, vnuſ de doſoribus eximis beatus Hieronymus breuerit inuit. Iſti ſunt (inquit) principes, de quibus & Paulus apostolus loquuntur. Sapientiam loquuntur inter perfectos, quam nullus principum huic ſecundum cognovit. Si enī cognouissent, nunquam dominum glorie crucifixiſſent. Profecto & iuriuſmodi authoritas deficit, prudens tamen auditor, principes malos, angelos malos intelligere non dubitare, contra quos boni principibus praliantum erat, qui contradicunt precibus sanctorum hominum, & legationi sanctorum angelorum. Siquidem mundi princeps diabolus à domino dictus eſt, & mundus (air Apofolica veritas) in maligno politus eſt. Cum de toto conſter, de partibus quis dubitet, Si totius mundi princeps diabolus, nonne conſequenter partium mundi, i.e. iuxta Persarum aucti Græcorum principes, male potestates, maiori principi diabolo subministrantes recte intelliguntur? Non enim Persæ & Græci Dei cultores erant, ſed potius creature quam creator, ſerviebant, non Deum, ſed pro Deo diabona colebant. Perſæ ſolem, quem & Appollinem dicebant, Græci ſub nomine vel obtinent sapientiam ſuę Mineruam, aliꝝ gentes alia de monum portenta, gens vnaquaque ſuum præ ceteris singulariter, omnia autem vniuersali ſub nomine loui principi dæmonum, principem mundi diabolum colebant. Et eiusmodi principis, tam malis spiritibus, coram ſimulachris ſuis ſelē proſternebant, utq; quorum dū fuerūt, multo magis principes recte dicti ſunt coruim.

Principem populi Dei Michaelē eſt, bonos principes omnes inter ſe conſentire, malos derū neque cum bonis, neque inter ſe conſentire. C A P V T V.

Daniel. 10. Porro Daniels & totius populi Deum verum colentis, princeps erat Michael, princeps sanctus, angelus bonus, archangelus magnus. Nam idem angelus dicit. Er nemo eſt adiutor meus in omnibus hiis, nisi Michael princeps vefter. Et rursum ait, In tempore autem illo eſt, Daniel. 12. ſurget Michael princeps magnus, qui ut pro filiis populi tui, Sub tam diuerſis, imo contraria-

principibus positi homines & reges gentium, in diuersum atq; contrarium tendebant: & principes eorum mali, principes malorum, boni principibus honorum & Deū colentium sine dubio resistebant. Quoniam hic loquitur unus de bonis principibus, Princeps regni Persarū relata est mali virginis & uno diebus. Et boni quidem principes semper sibi contentiunt: mali autem & semper bonis, quoad possunt resistunt, & libimur semper dissentient, & semper inter eos har- gia sunt, quia superbi sunt: similes qui lub ipsi sunt homines mali, semper a bonis dissentient, & nihilominus contra se metipos diuisi sunt, regnum aduersus regnum, ciuitas contra ciuitas, domus contra domum, vir in virum: quamvis aliqui sine ineruū confanguinitate iun- ci, atamen nulla fides regni focus, omnisci pœnas impatiens coniunctus erit.

Quale prælium sit inter bonos & malos principes, C.A.P. VI.

VNDE auem principibus malis contra principes bonos via villa præliandi & Vnde virtus principis resistendi? Vnde facultas coniudicandi? Ex causis ex hominum sine populum peccatis. Præliantur quippe in campo iustitia, conflictū judicii. Mali pugnant accusando, boni pu- gnant defendendo, iudice Deo. In quantum magna & vera accusatio, instantum tarda & inua- lida est defensio. Exempli gratia, Magna & vera sunt accusatoris accusatio, contra decem tribus Israël, quæ appellebantur Samaria, diuisi à domo David, & à tribu Iuda. Magna (inquit) accusatio principis Assyriorū, quieunt, fuerit ille angelus malus, quod non unquam recessisse à peccatis Hieroboam, qui peccare facit Israël, & incorrigibilis fuerunt, ut tunc audito per prophete- tas verbo domini, factis apud se per Heliām & Heliānum, tot signis, tot prodigiis. Et magna quidem, sed non iam magna erat accusatio principis Persarū contra Iudeos, qui capiunt ter- nebanur sub rege Persarū, quia peccauit quidem & tribus Iuda in Hierusalem, sicut decē trivit in Samaria, sed non iam perinaccer. Nam aliqui ex regibus Iuda penitentiam egerunt, vi Manasses: aliqui etiam iusti fuerunt, & populum correxerunt, vi Ezechias & Iosias. De re- gibus autem decem tribuum nullus (vi iam dictum est) recessit à peccatis Hieroboam. Magna igitur accusatio principis Assyriorū, & tam magna, ut nullus eos defendere potuerit, quin iusti ieiendi essent perpetua captiuitate captivi. Accusatio autem principis Persarū magna quidem, sed non tam magnas fuit, ut deberet esse sub rege Persarū infolubilis Iudeorum ca- pitulias: quia non fuerat eorum, vel regum ipsorum infolubilis culpa, id est, sine regi aliquo sum & populū publica vel communi penitentia. Proinde resistit quidem mali, inquit, princeps regni Persarū, subauditeur, sed non vñquequac resistere mihi poterit, quia videlicet causa no- stra modulic pœccati & principi nostri Michaeli, qui Iosus adiutor meus est in omnibus his, lo- cum facit iustitiae defendendi, quod non debeatis perpetua captiuitate teneri, quia non in perpe- tuum a domino recessitis, ita pœnitentie latuſationem non unquam obœulisti, & nunc of- fertis.

Quomodo princeps Persarū resistit XXI. diebus. C.A.P. VII.

QUO porto est ratio numeri illius, Princeps Persarū resistit mali virginis & uno diebus. Videlicet, quia tot diebus expectatum & desideratum fuerat à Daniele responsum di- quinum, tanto desiderio, ut proprie idem dici meruerit vir desideriorum. Tot (inquam) diebus expectatum fuerat responsum. Nam in diebus illis ego Daniel (inquit) lugebam iuriū hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non conidi, & caro & vinum non introserente. In os meum, sed ne p̄ vnguento vñctus sum, donec completerentur iuriū hebdomadarum dies. Trium hebdomadarum dies, virginis sunt & unus. Itaq; tanquam de mora Daniel conqueretur, & carditatis argueret angelum, utroneam præferi excusationem, cur non venerit à prima die iustitiae & ieiunij. Et die primo (inquit) quo posuisti cortuum ad affigendum et in consipe- At Dei iuri, exaudiuita sunt verba tua, subaudiuit, pro tua persona, quia coram Deo iustitia in- uenia est in te, non tamen die primo veni proprii sermones tuos, & ista causa fuit tarditas, quia princeps regni Persarū resistit mali, videlicet contradicens, & alterius iniustiam esse capi- turatus ieiunationem, & sic illo resistente, tecum in oratione & afflictione perseverante, transierit vi- ginis & unus dies & nunc venit tandem docere, quia ventura sunt secundum iudicis Dei misericordiam & veritatem sic incipiens multa & admirabilia, tanquam historiam recitans, de fu- turis denunciat Danieli, quorum hic finis est. Qui autem doctiuerint, fulgebunt quasi plen- dor firmamentum, & qui ad iustitiam eruditui multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Quomodo nobis orantibus, mali spiritus prevaluerunt cum bonis. C.A.P. VIII.

TERRIBILE atque lamentabile hinc nobis dari documentum, ut sciamus causam esse apud Dei iudicium, quoties in aliqua tribulazione, seu publica, seu priuata non cito ex audiui mor- clamantes ad Dominum Scire nanc debemus, sanctos angelos inter Deū & Dei seruos ad- ministraentes esse, nos in conspectu eorum piallere & orare, semperq; paratos esse ad offe- rendas Deo orationes ecclie. Scire etiam debemus, angelos contra malos venire & contra- dicere illis, atq; resistere, & cum sint iniusti, nostre contra nos declamare causas iniustitie, quod

Esaie. 38. videlicet exaudiri non debeamus, eo quod nec plena fide oremus, nec propositas nobis ex-audiitionis conditiones obseruemus, quae lune eiusmodi. Solue cogitationes impietatis. Solue fas-ciculos deprimentes dimittit eos, qui eōfratī sunt, liberos & omne opus disruptum: Frāgē efū-rienti panem tuum, & egenos vagosque induit in dominum tuam. Cum videris nudū, operatum & carnem tuam ne despiceris. Tunc inuocabis, & dominus exaudier, clamabis, & dicet, Ecce adiūtū. Cūm igitur inuocamus, & dominus non exaudit: dura clamamus & nō dicet, Ecce adiūtū, scire debemus, sanctis angelis inuocationes atq; clamores nostros Deo ostentibus refu-stare & contradicere malos, habentes in manibus accusationem, iacula quae sunt peccata no-sitra, non redemptam am dictis misericordie openibus, quae dominus in conditione posuit, si lu-stē exaudiri desideramus. Sed iam coepia prosequamur.

Quomodo sit intelligendū, quod dicitur est: Ecce Michael unus de principib; primus adiūtū in adiutoriū meū, & ego remansi ibi iuxta regē Persarū. C.A.P. IX.

Daniel. 10. **E**cce (inquit) Michael unus de principib; primus venit in adiutorium meum, & ego re-manisi ibi iuxta regem Persarū. Ac deinceps, & nunc reuertar, ut praeliter aduersus prin-cipem Persarū. Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Notanda est haec litera, quia remansi diei, non iuxta principem Persarū, sed iuxta regem Persarū. Rex namq; Persarū homo erat Darius vel Cyrus, cum quo vel iuxta quem, quod melius dicitur, bonum angelum remanere oportebat, quia captiuorum caufa hoc exigebat. Princeps autē Persarū angelus malus erat, iuxta quem non remanere, sed aduersus quem pralari bonum angelum decebat. Quid commidi, quid boni fructus inde prouenerit, ex eo quod iuxta regē Persarū bonus iste angelus remansit, & aduersus principem Persarū pralatus est, non opus est qua-rete, quia notum & iam superius tractatum est, qualiter rex Persarū instinctu Dei ludoxeum captiuitatem soluit, & de reaſificando magni Dei templi decretum edidit, & deinde qualiter alius rex Persarū Assuerus recentus fuit, ne pessimum Aman Agagite hostis ludoxeū conſilium perficeret, imō malitiae eius machinationes in caput eius teiſeriqueret. Vnde hæc tam feliciter euenerunt, nisi quia bonus iste angelus remansit iuxta regem Persarū, videlicet admi-nistrans consilium bonum. Spiritus enim (inquit Apollolus) administratori sunt, & quia prælia-tus est aduersus subi resistenter angelum malum, principem Persarū, offerendo Deo ora-tiones, & defendendo causam captiuorum. Magna sunt hæc & digna, ut pro illorū effectu san-cti principes calorum, prælarentur, iū memoriter tenicas, quod iam Ixpe diximus, quia refer-ratio gentis illius, præparatio erat aduentus Christi Iesu, ut esset, vnde illo nasciente verbum promissionis impleretur. Vnde gaudere & laetari habebat, non solum iste prælator angelus, & Michael adiutor eius, sed & omnes angelii, archangeli, throni, dominationes, principatus, poe-testates, virtutes, cherubim, atque seraphim, cum omnibus hominibus bona voluntatis.

Quomodo sit intelligendū, quod ait: Cum enim egrederer, apparuit princeps Græco-rum veniens. C.A.P. X.

Daniel. 10. **S**ED ecce aliud malū. Cum enim, inquit, egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens, subiudicatur, ad obtinendum vel acquirendum Macedonibus imperium, sub quo videbatur imperio, filii populi tui multa passuri sunt. Iam tūc apparebar, iam tunc veniebat regnū Græ-corum, agitant populos Græci isto, quem dicit principem Græcorum. Nec mirū, siiam vi-debar angelus bonus in conspectu Dei itans, & ab ipso egrediens, & ad ipsum regrediens, non (inquam) mirum, si iam videbatur venire incipientem eiusmodi principem, quia videlicet iam tunc magna Græci facere incipiebant. Promptū est volenti ex historiis recōtere, quanta post-modum Græci, Maximeq; Atheniensies & fecerunt & passi sunt, qui pricipui vel primi Græco-rum in rebus bellicis extiterunt, quippe quorum opera, inquit Pompeius I'rogus, effectu ma-gora quam dīcto fuisse, quæ non modis ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem per-acta sunt. Sub iisdem temporibus quando Danieli visiones istae reuelabantur, ipsius Dariū à Cyro, tertium regem Persarū, cuius tempore hæc Danieli angelus in visione locutus est, Atheniennes vicerunt. Cognito namque Darius, quod Atheniensies hostibus contra se auxiliū tulissent, omnem imperium belli in eos conuerteret. Cuius aduentu audito, Atheniensies auxiliū à Lacedæmoniis petiverunt, & magna cum alacritate animorum hostibus obuiam venerunt. Pugnatum est tanta virtute, ut hinc virōs inde pecudes putaret: ducenta milia Persie eo præ-lio iure naufragio amiserere. Claret itaque, quomodo distinxit. Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens, quia iam tunc Persie à Græci vinci incipiebant, & deinde Da-rius decadent, cum filius eius Zerxes habens milia septingenta Græciam intrasset, ut non im-menso proditum sit, summa ab exercitu eius siccata, Græciamque omnem vix capere eius exercitum potuisse, duobus prælīo terrestribus: & tertio nauali prælio, in quo decies centum milium numero naua habuisse dicuntur, videntur sunt: & introitus regis eorum in

Græ-

Græciam quidem terribilissimam turpis ac fœdus discessus fuit. Mirum dictu, & veteres recensentibus historias perpicuum est, quidem crudeliter mali illi principes, angeli truces per eadē tempora luserunt in sanguine humano, nunc Græcis Græcos, nunc itidem Gracis cedentibus & occidētibus Persas impacabili furore, ita ut non ignorare, cur dictum sit. Mundum in maligno possum fuisse vel esse, cuius videlicet maligni diaboli principes suffraganei erant, illi iam dicti, qui quo Principem niam principabantur illis, non poterat patere esse impia.

Quomodo regnum Græcorum originem coperit. CAPVT XI.

Dixisse nos arbitramur de principe Græcorum, qualiter venire coperit, iam dicendum est, qualiter peruenierit, qualiter regnum Græcorum sive Macedonum (qui profecto Græci Græcorum sunt) suatum imperium cum ceteris gentibus Iudeam quoque tenuerit, & per quid illa facta sint, genitio, quæ facienda superior visio demonstravit in cornu modico, quod subornatus est ex quatuor cornibus hinc supra memorari. Post annos imperii Persici plus minus ducentos virginis, Alexander Macedo decedens Philippo in regnum successit, eodem (ut putabatur) Philippo genitus, virtute & diuinitate pare major. Porro, ut verum memorant, qui de illo scriplerunt, veraciter illus adduxit in regnum, & cum peruenire tam dictus ille malus princeps Græcorum, permittente Deo, cuius permisso imperium suum est, licet malignorum principum voluntas sive intentio semper sic induita. Ferunt namque gemitorum eius scriptores, Nectanebum quandam maleficium per maleficia transfiguratum, in cornuti lous dæmonium, quem dicunt Hammonem. Olympiadis vixoris Philippi inesse concubitum, atque exinde Alexandrum hunc fuisse generatum. Ferunt & hos alii, quia qua nocte cum matre Olympias concepit, visa est per quietem cum ingredi serpente volvari. Ut ratiocinata scriptorum fati sibi consentient, nisi quoddam ab altero plus, & ab altero minus est dictum, & utroque libenter auditum, quod hoc vel illud dicere, est certificari, quod illic non defuerit malignorum cooperatio spirituum, ubi conceputa est talis vir, talis futurus prædo terrarum, & (ut ait quidam insignis author) non utile mundo aditus expletum tot gentes esse sub uno posse viro.

Regem Alexandrum se Hammon filium videri voleuisse, idque per hircum capraru, qui terram non tangebat, Daniel significaturus est. CAPVT XII.

Propter felicitatem prædictæ sua, qua prædictus est mundum, & propter inuidiam fortitudinem celeritatemque victoriari præsignatus est per cornu infigne, quod habebat (inquit Daniel) hircus inter oculos suos. Puer namque acerrimus literarum studiis eruditus sive dicitur, & Aristoteles deinde per quinqueannos crevissus sub Aristotle omnium philosophorum nobilissimo doctore, summi pudentissimi imperium, regem se terrarum omnium ac mundi appellari iussit. Tantæ superbie fuit, insuperbum ut de se plus quam de homine lubet censeri, & idipsum maternum sua conceptionis opprobrium, quod iam ante nullis auditum fuerat, vertit in gloria sibi. Denique, ut aiunt idem scriptores, Philippus ultimo propè vitæ sua tempore solum sibi non esse palam prædicauerat, quia ex causa Olympiadem velut stupri compertam repudiauerat. Siquidem ipsa Olympias Philippo confessi luerat, se Alexandru, non ex eo, sed à serpente (ut iam dictum est) ingenti magnitudinis concepisse, quod non aliud, nisi adulterium Nectanebi per maleficia transfigurari, scilicet Hammonem esse, dicens. Igitur Alexandri, cū ad Iouem Hammonem pergeret, responsa petitur de euentu futurorum, & origine sua, cupiens originis divinitatis acquirere, simul & matrem inflamia liberare, per præmissos subordinat, quid ab antistite templi sibi responderi veller. Ingradientem templū statim antistes sicut fuerat subordinatum, salutat ut Hammonem sulum, ille Letus quasi Dei adoptione hoc se patre censeri subet. Rogat deinde, an omnes interfectores parentis lui sit vultus. Fuerat namque Philippus in spectaculis à quadam nobili iuvene, nemine suspecto Oberuncatus. Responderetur, patrem eius nec interfici posse, nec mori, regis Philippi penè peractam vitionem, Comitibus, ylii hoc sicut responsum, ut Alexandru pro Deo, non pro rege colerent. Ob tantam cordis eius superbiam reor sic vilium, & sic dictum, quia hircus caprarius veniebat ab occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. Ut sit sensus, quia generationem suam non terram, sed diuinam censeri voluit. Nam & mortens ad postremum in templo Hammonis, ut ipse patris fui Dei, corpus suum condidisset.

Quomodo Alexander Hierosolymam venerit, & principem sacerdotum vestibus sacrando indutum veneratus sit. CAPVT XIII.

Necdum causam commemorat, ut hircus ille scilicet regnum Græcorum, Judam & Hierusalem, templumque nupera de ruina & igne Chaldaeorum resuscitatū, deuastaret neque cornu illud insigne ad hoc fuerat deputatum, ut facetus quod faciendū erat per aliud cornu eiusdem hirci, iuxta visionis supra memorare mysterium. Scindū quippe, quia non nisi ob causas maiestas, non nisi ob sclera grandia conigit, ut vel Nabuchodonolor locū illū prius, vel Antiochus destrū redder et posterius. Causas, præcedentes, id est Babylonicas templicitatis suo loco duximus, causas sequentes postmodum dicemus. Igitur inveniebat quidē diabolus contra Deum

I. iiiij contra

Philippi in
terfector.
Pausanas

114

contra promissionis Dei verbum vibrare illud hirci cornu magnum, sed permisus non est, immo manifesta Dei virtute locus ille defensus est. Cum enim idem Alexander Hierosolymam adueniret, Phoenices (air locephus) & Chaldaei fecerunt reputabant, quia quicquid porro vellet suorum imperialium in ciuitatem, & ipse committeret, & ipsos committere permetteret, & principem sacerdotum summam asiceret contumeliam. At idem princeps sacerdotum, nomine Iaddi, diuina visione præmonitus fuerat, ut consideraret, certiusq; ciuitatum ornaret, portasq; protinus aperte. Et alij quidem cum vele alba, ipse a tunc & reliqui farerdotes cum legitimus stolis occurrerent, sperantes, nullum lexum pati Deo prouidente. Hoc factum, venit è diuersio quām putabant iam dī. & i Phoenices, & Chaldaei. Nam Alexander videns nullū studinem vestibus aliis induit, antequam tūlites vero cum billinis stolis, & prīmū sacerdotum cum tunica hyacinthina, & aurea stola, super caput habentem cydarium & laminam auream, in qua scriptum erat Dei nomen, adiit solus, & nomen adorauit, & principem farerdotum primus veneratus est. Super hoc Syria regibus & reliquo Iudepentibus, corruptamq; regnum mentem purantibus, cum unus ex omnibus interrogasset eum, dicens: Cur, cum omnibus adorantibus, ipse adorasset principem sacerdotū gentis ludox? Non hunc (inquit ille) adorauit, sed Deum, cuius principatus sacerdotus fuit, nam per Iomnium in huiusmodi eum habitu confixi. Praecipua victoria pars, victoria nominis vel verbi Dei, caliter ob adimplendam versatam promissionis, illam gentem referuerat atq; descendentes, ut regnorū capita libi humiliaret, dum & Babylonias caput Nabuchodonosor prophetam eius procidens adorat, & Macedonum diadema magnus Alexander in sacerdotis ornato nomen Dei in Iohannem adorat, & eorum medius tempore potentissimus Persarum Moedorumq; rex mysteriorum victoria passionis eius, sicut luo loco dictum est, apōstolo Aman in paubulo, licet ignorans, concelebrat.

Quomodo illud cornu fractum sit, id est, quomodo Alexander magnus vita deceperit.

CAPVT XIII.

Daniel. 8.

Quemodo tandem cornu illud fractum est & Hircus enim caprarum (sic scriptura) factus est magnus nimis, cumq; creuisset, fractum est cornu magnum. Quomodo fractum est & quomodo mortuus est, qui astimabatur, & astimari volebat immortalis, magnus Alexander & veneratus Babyloniam, & ibi per iniurias veneni accepit poculum, cuius veneni canta via fuisse dicitur, ut non ære, non ferro, non testa concineretur, nec aliter ferientis in vngula equi potuerit. Accepto poculo, media portione repente velut telo confixus, ingemuit, et auctor cōiūlio semianimis ita amare crueiatus est, ut ferrum in remedia poleret, tacitumq; bominum velue vulnera indeolesceret. Sexta die diuersis Alexander, mensem unum & annos tres & triginta natus, & vius temporis tam brevissimi nunc ideirō meminerimus, ut recognites, qualis vei quantitate esse posse cauū huius iuueniuli in iudicio antiqui dierum super thronum ledentis, & iudicis de bestiis illis, quarum tercia bestia fuit hic pardus, id est, per pardum signatus, iuxtae superbus. Quale enim est, cum contemplatione illius antiqui, videre iuuenem temporis tantillā rapientem regnum, quod idem antiquus disponere debuit, lege appellari subiectem terrarum omnium regem actorum mundi. Nimirum tale est, immo longèridiulolius est, quām si locuta subsiliat, & pro breui salto giganteum se haberet velut, tam magnum ut eccliam contingat, lamen dudum de illo & de ceteris irreverentibus, & in republica eiudem antiqui dierum rapinam regnorum facientibus dictum fuerat. Perit memoria eorum cum sonitu, & dominus in æternum permanet, qui & permanentis dicit. Consilium meum stabit, & voluntas mea sit, subauditur, ut ille solus vincat, solus regnet atq; imperet, qui antiquus à me præelectus est, quia verum & maternum est antiquitatis meæ iudicium, ut solus ille rex sit omnium, per quem solū omnia facta sunt.

Fracto cornu, alia quatuor succresuſe, ideoq; draconem, cum septem tantum capita habeat, decem tamen diademata gestare.

CAPVT XV.

Fracto cornu hinc in magno, orta sunt (inquit) cornua quatuor super illud per quatuor ventos circuli id est, mortuo Alexandro magno, diuisum est regnum eius in partes quatuor, & latererum est etiā in externos, exceptis his quatuor regnis, Maredonice, Asia, Syria, & Aegypti. In Aegypto enim primus regnauit Ptolomeus Lagi filius, id est, ad meridiem. In Macedonia Philippus, qui & Ariodus frater Alexandri, id est, ad occidentem. In Syria & Babylone Seieucus, qui & Necanor, ad orientem. In Asia & Ponto Antigonus, id est, ad septentrionem. Hoc secundū plegas totius orbis. Ceterum quis in Iudea est ad aquilonem Syriam, & ad meridiem Aegypti habet. Hic iam illud occasio suggerit, quod in Apocalypsi draco sive bestia haec, cuius contra pribus suis septem diademata, derem verò scribirub habere cornua. Nam ecce (inquit) draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata. Cur ita sit, præfens locus vigilanter obseruatus innuit, quia videlicet dū in uno ex septē regnū,

qua-

que sunt septem capita draconis pro uno rege Alexandro decadente, quatuor succedunt, & imponunt libi omnes diadema, crevit numerus regum, & decem sunt reges septem regnum, per que (vt tam saepe dictum est) hoc agere inititio draco diabolus, ut irritum fieret promissionis Dei verbum. Nam & si in quatuor partes diuolum est regnum Macedonicum, pro uno tamen imperio comparatum vlt; ad Romanorum imperium, & una tanquam pars, scilicet Syria regnum per Antiochum Epiphanem draconis est maliciam, id est, tanquam contrarestatmentum Dei, crudeliter exercuit persecutionem.

Antiochum per cornu parvulum, quod de non ex quatuor exierit, significatum fuisse.

C A P V T XVI.

PRIMUS (vt iam dictum est) post mortem Alexandri, Syria regnauit Seleucus, cognomino Nicanor, secundus Antiochus, qui appellatus est Soter, tertius & ipse Antiochus, qui vocabatur Theos, id est, Deus, quartus Seleucus, qui cognominatus est Callinicus, quintus Seleucus, cognomento Ceraunus, sextus Antiochus frater Seleucus, qui appellatus est magnus, septimus Seleucus filius Antiochii magni, octavus Antiochus, qui appellatus est Epiphanes frater Seleuci, iste est radix peccatrix, de quo primus liber Machabaeorum sic incipit. Et exiit ex eis radix peccatrix Antiochus illefris filius Antiochii regis, qui fuerat Romæ obes, & regnauit in anno centesimo & seprimo regni Graecorum. Iste est quem ita prophetica visio designat. De vno autem ex quatuor cornibus egrelum est cornu unum modicum, id est, de Seleuco, qui cognominatus est Nicanor (vt iam dictum est) exiit rex iste Antiochus octauus ab illo, rex virtute modicu, arrogans magnus. Et factum est cornu illud magnum contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem, & magnificatum est vlt; ad fortitudinem eoc, & detexit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & vlt; ad principem fortitudinis magnificatus est, & rulit ab ego iugis sacrificiis, & delect locū sanctificationis eius, sicut in Machabaeorum libris narratur. Hanc malorum partē declamare, nostri propositi est, nam cetera regni illius mala, quae contra semetipsos, Alexandri principes, & duces seu comites mox facili reges gelserunt, ad pressens non pertinet negotium, quia videlicet contra Dei testamentum manus suas vel arma sua non exulerunt, sed Iudeam inuicem languinem male prodigi biberunt. Sunt huiusmodi, quas quisque legit, planè animaduertere potest. Alexandrum non degenerasse à serpente, in modo dico, de quo sub nomine Harmonia fuisse cōceptum est, ipse gloriatus est, cuius videlicet Alexandri superbiam, celerem cadens in mortem, cedium plurimorum seminariorum fuit, sive que domesticos contra semetipsos diuisi oditū vīpercis, discordias serpentinis.

Onyx primum sanguine quintum hoc draconis caput maduisse, & rufum factum fuisse.

C A P V T XVII.

PRINCIPIUM sanguinale, quo caput istud draconis, caput quintū maduit, & rufumcepit fieri, cedes Onyx pontificis exiret pī, & male odio habentis, propter cuius pierarem, cum leges adhuc optime custodiarentur, & sancta civitas in omni pace habitaretur, fiebat, vt ipsi reges & principes locum summo honore dignum duxerent, & templum maximi munere illustrarent, ita vt Seleucus Asisz rex de reddiribus suis praefaret omnes sumptus ad ministerium fastisiorum pertinentes. Vira excellerat Seleucus, regnumq; suscepit Antiochus, qui Epiphanes, id est, nobilis appellebarunt. Rege illo salfonobilis, & verē ignobilis regnante, Menelaus quid Onyas dictus fuerat, sed Graecorum simulatus gloriā, in re cetera gentilis ritus insignia, Graecum quoque nomine assumperat, vt vocaretur Menelaus. Aurea quadam vasa templo furarunt, alia donauerunt, alia vendiderunt, ob quam rem cum argueretur ab Onya, egit ut ab Andronico, cui partem vasorum dederant, Onyas intercesseret, & ira factū est. Occitus itaq; est propter fulitiam, primus in acie factorum martyrum Machabaeorum, de quibus Deo donare nunc erit dicendum. Vir in vita sua, & post mortem suam venerabilē habebit testimonium, quod fuerit vie bonus & benignus, viu verecūdus, modestus moribus, & eloquio decorus, arcq; à puero in virtutibus exercitatus. Primus in hunc persecutionem egit frater ipsius Iason, qui patrō nomine dictus fuerat Iason, sed sicut de Menelaop; iam dictum est, Graecas patria legi preferens glorias, Graecum in primis vocabulum assumperat, vt vocaretur Iason. Iste ambiens summum sacerdotium pecuniae oblatis, impius facile obtinuit apud regem impium, post hoc vitam quog; ut iam dictum est, arribuit Onyas propter iustitiam.

Quibus peccatis populus meruit, ut Deus per Antiochum eos affugeret.

C A P V T XVIII.

Dicendum iam in primis, qualia propter peccata permisum ac iustum fuit ante Deum, ut potestatem haberet caput illud nequissimi aduersus testamentum Dei, talem, tam diagnam ut penē periclitara fuerit spes promissionis, quam (vt tam saepe dictum est) in mente tunc habebat ecclesia, secundum similitudinem mulieris in utero habientis, Malum ipsis primū ab

ipsis

Psal. 88. ipsi processio, ita ut exigeret iustitia fieri, quod facienda esse dixera in David Deus, in sermone
nubis suis iustus, & vincere cui iudicatur. Vnde abo, inquit, in virga iniuriantes eom, & in verbis
eis peccata eorum. Acto nanc ut occideretur Onyza pontifex plus, propter quem (ut iam dictum
est) leges optimè euli odiabantur, praedicti Iason & Menelaus, & multi ab ipsis persuasi, accesser-
tunt ad Antiochum, & ad nocturnam eius perduerunt, quod vellent patrias relinquere leges &
conuersationem & mores obseruare Graecorum. Rogauerunt ergo eum, ut permitteret eis adiicare
gymnasium Hierosolymis. Eit autem gymnasium nudori exercitium, quo inuenies nudi luctan-
tes se exercebant. Gymnos graecos, nudus latine. Cunq; concilii sit Antiochus, circuncisionem
suam (inquit Iosephus) velauerunt, vt non apparerent Graeci esse dissimiles. Quod ille dicit, & ve-
lauerunt circuncisionem suam, hoc est quod ait scriptura libri Machabaeorum, Et fecerunt sibi pta-
puncta. Circuncis nanc impossibile erat sibi facere præputia, nisi velando circumcisione ap-
pateret quod non haberent præputia. Hoc faciendo recellerunt, inquit, de testamento sancto, sub-
auditur, quod pepigit Deus cum Abraham, in quo est promissio feminis quod eit Christus, cuius
videlicet promissionis fidem in eo negaverunt, quod circumcisionem signaculum fidei velando præ-
putia sibi fecerunt, & ita veraciter à testamento ianeto recellerunt.

Quibus successibus populi flagitia aucta fuerint. CAP. XIX.

INITIUM dolorum sui hoc, quod nimirum accerserit sibi nec viro. Hoc initium statim fer-
quentur est profectus, & successus incrementum. Etenim ausus est subipla arce Sion gymnasium
constituisse, ausus est etiam optimos quocq; Ephbororum in lunaparibus ponere. Erat autem (in-
quit l'criptura) hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis & alienigena con-
uersationis, & propter impij & non sacerdotis Iasonis, nefarium & inaudiu felix, ita ut lae-
cantes iam non circa altaris officia dedici essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis,
sestinarunt particeps fieri palestræ & præbitionis eius iniusta, & in exercitiis discri, & patros qui-
dem honores nihil habentes, Gracias glorias optimas arbitrabantur. Vbi tales erant sacerdo-
tes qualis putas erat populus? Vbi occiso Onya pontifice pio, sufficiens Iason impius, & non sa-
cerdos, optimus Ephœborū in lunaparibus ponebat, putas qualis erat iuuentu tā egregii pon-
tificis alumna? Iam videlicet locus & tempus erat, vt veniret super eos sententia maledictionis illa,
qua in libro Deuteronomii sanctorum fierent in exemplum subuersioneis Sodoma & Gomorrae,
Adani & Seboini, quas subuersit dominus in ira sua, & in furore suo. Nisi teneret dominū Dei
iuramentū suū, quod iurauerat ad Abram & ad David pro semine quod erat Christus, nascitu-
rus ex illi, Elia quoq; terfante, cum dicit, Nisi dominus exercitū reliquisset nobis serm, quasi
Sodoma iuuenimus, & quasi Gomorra similes essemus. Hec idcirco dicta sunt, vt appareat ali-
quatenus sequitur iusti iudicij Dei, quia nisi sola gratia referuerat voluisset genit illam, propter
adimplendam veritatem promissionis, non tantū celestis manus impij Antiochi, verum etiam
tali potestate iusti fuisset illos subiici, quasi Sodoma, vel Gomora succubuit. Nā etiā grauius erat
peccatum istorum scriptam legē habentium, quam Sodomorum legem huiusmodi non habentium.

**Quid sit quod dominus per Zachariam dixit, Quia ego iratus sum parum, ipsi tērō
addiderunt in malum.** CAPVT XX.

Ecce autem illud occurrit, quod in Zacharia propheta dominus exercitum præmitens,
Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, & ita magna ira scors super gentes opulentas,
continuū causam istam subiungit, Quia ego iratus sum parum, ipsi vero addiderunt in malum.
Et est sensus, ego zelo bono ductus, visitavi in virga iniuriantes eorum, & in verbis pec-
cata eorum, potestatem dando gentibus, ut eos affligerent parum. Ipsi autem quibus permisisti
potestatem, permisso abutentes excesserunt modum. Nunc ergo discrete attendendum, & at-
tentē discernendum est, quid iustus Deus fieri voluerit illi populo iratus parum, & quid gentes,
vt tunc temporis erant Graeci, plus faciendo addiderunt in malum. Quod ut commoda fiat,
dicendum in primis in quo sit ira Dei parua, iuxta quam dicit: Quia ego iratus sum parum, &
in quo ira eius magna, iuxta quam loquitur. Et ira magna ego irascor iuper gentes opulentas.
Simulq; & illud considerabitur, quia paruum iram suam zelum vocat, dicendo, Zelatus sum
Hierusalem, & Sion zelo magno. Et econtra magnam ipsius misericordiam, & paruum etiudē
opportunitum erit distinguere misericordiam, quia sicut magna ira magna est opposita mis-
ericordia, quam David postulat, dicens: Misericordia mei Deus secundum magnam misericordiam
tuam, ita & parum ira oppositam constat esse parvam misericordiam, quam in Osee qualis sit
audiuimus, Deo dicente: Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? misericordia ver-
stra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.

Quid sit, Deum iraci parum. CAPVT XXI.

Ira Dei parua, iuxta quam dicir, quia ego iratus sum parum, iubaudit Hierusalem & Sion.
Ira parua, virga disciplina est, scilicet temporalis afflictio sive vexatio, valens ad hoc ut in-
tellectum det auditum, ne forte Hierusalem sive Sion, scilicet electa a quilibet anima temporalibus
bonis

bonis inebriata consopietur, & auditus eius intellectum verbi Dei non habeat, in quo est vita *Zach. 1.*
zteria. Talis ira zelus recte vocatur, dicente ipso. Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, veluti cum vir diligens dilectam suam fortiter exmularatur cunctem post amatores suos. Ecce, inquit, ego sepiam viam tuam spinas, & sepia eam maceras, & seminas licias inuenies, & lequereris amatores suos, & non apprehenderis eos, & quereris eos, & non inuenies, & dicet. Vadam & reuerterar ad virum meum priorem, qui a bene misericordia tua magis quam nunc. Porro ira dei magna est, quod *Ira Dei* maxima non zelatur, quemadmodum in Hieremia dicitur. Cum zelus meus recellerit a te, & exercet me animam non requirit, nec sepia viam eius spinas, ut aduersa offensia reuertar ad creatorum suum. Iuxta quod in Psalmo dictum est, Secundum multitudinem ire sue non quereret. *Huius ire magna,* magna est opposita misericordia. De qua cu[m] dixisset ad Daud in lamento suo. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum (subauditur filiorum Daud) continuo subiunxit. Misericordia autem mea non dispargam ab eo. Quenam est illa misericordia, nisi promissio *Misericordia mea* adimplenda, nunc autem implera? Nam & alibi Deus (inquit) susceptor meus, Deus meus in misericordia mea. Deus meus, inquam, scilicet Christus qui est super omnia benedictus Deus in Iesu, quem prolecto in sua persona id est, de semetipso proloquens Daud, suscepitorem suum poruit dicere, quia futurum erat, & factum est, ut Deus ius, verbum Dei, verbi Deus suscepit spissum Daud, suscepit carnem nostram hominem verum de semine iustus Daud. Hec misericordia eam magna, fructus est illius benedictionis, qua pater Isaac sibi Iacob benedicens, *Gene. 27.* Seruant, inquit, tibi populi, & adorent te tribus. Ego dominus fratri tuorum, & incurvantur ante te filii matris tuae. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, qui autem benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Eo namque illa benedictio tendebat, ut Deus noster misericordia nostra, Deus & homo Christus de stirpe Iacob nasceretur, quoniam respondet fuerat Rebecce. Due generes in utero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Et idcirco fieri non poterat, ut ex ambabus nasceretur, utpote diuisus Iacob & Esau. Illa benedictio (quam fortius est eiulans Esau dicente patre. In pinguedine terra, & in ore coeli desuper erit benedictio tua) misericordia parua est, parva ira Dei, de qua iam dictum est, opposita.

Quid Antiochus addiderit in malum.

CAPVT XXII.

Am ad id quod proposuimus redeundum est scilicet, ad discernendum quid fuisse Deus fieri voluerit illi populo iratus parum. Et quid illa radix peccatrix, Antiochus illi illustris, plus faciendo addiderit in malum. Nam tantummodo & parvam misericordiam (sicut iam dictum est) fortius fuerat Esau, scilicet, ut in pinguedine terra & rore coeli desuper, id est, bonis terris, & temporalibus diuiciis abundaret. Vt trans autem, videlicet & parvam & magnam misericordiam Iacob in benedictione acceperat, quatenus eidem & de rore coeli & de pinguedine terrenae dare abundantiam frumenti vini & olei, que parvus misericordia est. Et semini eius, id est, Christo, scrivente populi, & adorante tribus, que magna misericordia est. Parvam illam misericordiam, parva ita Deus abfuit, quotiens populus illius propter peccata gentibus deussum tradidit, sicut scriptum est. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos, & tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum. Ipse vero addiderunt in malum, quories hoc nisi sunt, ut misericordiam magnam, misericordiam aeternam auferrent eis, non ve ipsi poliderent, sed ne fieret vilii homini, neque esset apud vilium hominem fides Dei, aut verbum promissionis, agitante illo diabolo dracone antiquo. Ut (exempli gratia) Nabuchodonosor regem Babylonie agitauit, quatenus tres pueros mitteret in caminum ignis, quia stercuam noluerunt adorare, quam ipse fecit. Sed de illo & de ceteris iam dictum est, ad ea que impius gelus Antiochus ferme deuenit.

Quae Antiochus Hierosolymis fecerit, ad parvam Dei iram pertinere. CAP. XXIII.

Secundum commune preceptum & decretum, quod decreverat uniuersitate genti Iudeorum
omnibus annis agere dies illos, scripserunt fratribus Iudeis, qui erant per Aegyptum semel
& iterum, Seilicet primum annum centesimo sexagesimonono, deinde anno cētēsimō octoge-
simooctauo, per hoc quod semel & iterum scripserunt annis decem & nouem inter vītaq; vi-
ces interieciū, illud datur intelligi, quod ad primam vicem non obtemperauerint, vt pote qui
tempūl aliud habentes, quod (v. supra pictū) est secundū Eſaiae vaticinū, se confiruante
iactabant, templū illud quod erat Hierosolymis, non ad se pertinere volebant, atque idcirco
festiuitatem dedicationis, vel purificationis illiusū sc̄ipere detrectabant. Proinde notandum,
quod prima admonitione sequens aliquāculūm acior sit. Nam prima vīce ſalutatio tam dul-
cis est, ve animaduerti potest, per id quod dicunt fratribus Iudeis fratres Iudei, & benefacie
vobis Deus, & meminerit testamento ſui, &c. In ſeunda vīce fratrem nominis deest dulcedo.
Diciturq; populus qui eſt Hierosolymis & in Iudea, adiecto quācūm supercilium, ſenatusq; &
Iudas Aristobolo magiſtro Ptolomai regi, qui eſt de genere Chriftorum ſacerdotum, & his qui
in Aegypto ſunt Iudei. Nomen quippe ſenatus ludicrial in intentione eī ſignum. Porro qui
iuste Iudei fuerit, non faciliē ex historiis potest agnoscī, niſi forte ille ſit Iudas ellæus genere, qui
ſub illis temporibus extitit, qui (vt iam Iosephus) nunquam in hiis que predixit mentitus eſt.
Similiter qui iuste Aristobolus magiſtri Ptolomai fuerit, non facile reperitur ex historiis, niſi
quod eum dicunt, qui eſt de genere Chriftorum ſacerdotum quempiam ſignificanti fuſile de po-
ſteris vel cognatis Onyx ſupra memorati, qui cum eī ſit filius Simonis pontificis, quiſ autho-
ritate pontificali cum patrocinio prophetici preconui nimirum malè intellecti, templū adi-
ficauerat in terra Aegypti. Aristobolus iuste aliquis erat ex illius Onyx cognatis vel posteris,
eratque magiſtri Ptolomai regi Philometoris. Nec mirum, homini Iudeum dici magiſtrum
regis Aegypti, qui videlicet a diebus Ptolomai Philadelphi, qui legem per ſepuaginta inter-
pretes ſibi ſicut interpretari, magiſtri Iudeos habere coniuerant reges Aegypti.

Eadē ratione sancti à ciuitate qua terrā sanctā eſe appellatā. C A P. XVI.

DE magnis, inquiunt, periculis a Deo liberati, magnisq; gratias agimus ipſi, vt pote qui
aduerlus talem regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire lexit de Perlide eos, qui pugna-
uerunt contra sanctam ciuitatem. Vide quomodo ſecundum intentionem (quam diximus) pro-
cedant dicta venerabili, sanctam terram, sanctā ciuitatē pronuntianta, qui videlicet priuilegi
ſermonis ornatus abhuiusmodi principio vīque ad finem ferē per omne libri corpus ſeruatur,
ſine dubio contra æmulationes illorum, qui alibi contra legem volebant habere templū vel
sanctā ſanctorum, libenter accipimus fuſile sanctam terram, sanctam ciuitatem, sanctū lo-
cum. Nimirum propter eum, qui non aliunde, ſed in venturis erat sanctum ſanctorum.
Iam ſuperius diximus, quia illi fuerit rex Antiochus, nec rursus dicere piget, quia ipſe fuit, de
quo circa finem primi Machabaeorum libri narratio coepit, ſed non cōſummatā eſt, quomodo
contra Simōnem & contra Ioannem Hircanum multa māia gellarit, qui (vt Iofephus narrat)
eſdem Hircanum in ciuitate incluſum ſeprem aciebus circumdederit, colique vehementer affi-
xerit. Qualiter illi interierit hic ſcripturne locus manuſcriptus exprimit. Quia cum in Perlide eſſet
dux ipſe, & cum ipſo immensus exercitus cecidit in templo Nanę, concilio deceptus ſacerdo-
tis Nanę. Per omnia, inquiunt, benedictus Deus qui tradidit impios. Ista quoque gratulatio de
impiorum interitus ad commendationē ſpectat locis sancti, & eius cuius in Aegypto ſimilitudi-
nem fecerant templi Dei, quod verē ſolum illud ſanctum deberet haberi, in quo totius appara-
erit manuſcripta quædam Dei virtus, vindictas exigens de his quicunque in honoraſſent illud: &
quamvis propter peccata inhabitanthum interdum acciderit circa locum despectio, non tam
impunē abirent quicunque deſpectui locum habuissent.

Eadē ratione ignem de caelo datum, commemorari. C A P. XVII.

Narratio de igne, qui datus eſt, inquiunt, quando Nehemias ſediſcato templo & altari
obtulit sacrificia, fatus manuſcripta eſt, meliusq; placet ſi lectoris memorig; nō delit cauſa vel
intentionis,

Intenio, quam diximus scilicet haec omnia tendere ad defendendum priuilegium, ad testificandum dignitatem singularem sancte civitatis, & templi, cuius ad similitudinem factum fuerat, quod fieri non debuerat templum in terra Aegypti. Ignis namque qui taliter datus est, magnum & memorabile illi templo legitime sanctitatis testimonium est. Et quidem narratio (sicut si dixi mis) manifesta est, veruntamen propter simpliciores de ipso igne altaris aliquid dicendum est.

Qualis ille ignis fuerit.

CAP. XVIII.

Lewit. 6. **Ignis altaris.** **Exodus. 9.** **Exodus. 11.** **Exodus. 12.** **Nehemia. 1.** **Deuteronomio. 17.** **Deuteronomio. 12.**

Gnis, inquit dominus ad Mosen, in altari semper ardebit, quem nutrit facerdos, subtiliens manu ligna per singulos dies. Et imposito holocausto desuper, adolebit ad dipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam desicerit in altari. Unde autem iste ignis tam diligenter nutritius, non aterius, sed sacerdotis cura & diligentia ne desiceret custodiendus fuerat datum sive acceptus ab ipso domino nimirum magno & evidenti miraculo. Unde nam tabernaculo, ritu quoque sacerdotiori argue sacrificiorum iuxta praeceptum domini ordinato. Hodie (inquit Moses) dominus apparabit vobis. Itē, Facite & apparebit vobis gloria eius. Subinde sequitur, Ingressi autem Moses & Aaron tabernacula testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo, apparuitque gloria domini omni multitudini, & ecce ignis egressus a domine deuoravit holocaustum & adipes, qui erant super altare. Hoc cum vidissent, turbæ laudauerunt dominum ruentes in facies suas. Dignus igitur ignis quem sacerdos nutrit, quique de altari desiceret nunquam deberet, & dignus locutus, dignum templum, sanctumq; altare, quod tanti priuilegiū manus haberet, quale ut in illo tempio æmulo Aegypti, nec sicut nec esse debuit. Illud obliterari potuit, vt nunquam desiceret ignis in altari visque ad tēpora Babylonicae & apulitatis, quia videlicet quantumcumque tempestates extremas exutæ exercerint, non tanæ suerunt, ne necessario extingueretur ille ignis. Nec enim ante Nabuchodonosor regem Babylonis villa vsquam scriptura memorat, tale quippiam evenisse, vt ignis ille nutritur vel custodiri non potuerit. Vbi autem & templum destrutum, & ciuitas igne Chaldaico combusta fuit, quomodo vel in quo sacerdos curare posset, ne desiceret ignis in altari? Fecerunt igitur quod potuerunt, fidem & spem habentes ad Deum, secundum litera huius sensum mandatum. Cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occidit ab isto derunt in valle, vbi erat puerus altus sic eum, & ita contutatis sunt eum, ita ut omnibus ignis esset locus. Quid ilarum sive contemplatione pulchritus & ignem morientem qui nutrit non poterat, qui vbi nutritur, non habebat, illi refusitandum commiserunt, in quo est species resurrectionis mortuorum. nec eos felicit sper. Quomodo?

Endem ratione miraculum ignis, & Nehemias orationem commemorari.

CAPVT XIX.

CVM præterissent multi anni & placuit Deo, vt mitteretur Nehemias a rege Persidis: ne potes sacerdotum illorum, qui ab eis conderant, misit ad requirendum ignem, & sicut narraverunt nobis, non inuenierunt ignem, sed aquam crassam, &c. Manifesta narratio, manifestum diuinæ prouisionis indicium, multumq; pertinens ad causam sed pediam, & semper memoria tenendam, quam & pulchre haec litera recitat, dieendo sic: Et idem ignis qui datus est, quando Nehemias adificato templo & altari, obtulit sacrificia. Neque enim Nehemias templum & altare adificauit. Iam quippe illud adificauerat dux Zorobabel & sacerdos Iesus filius Iosephus antequam mitteretur Nehemias a rege persidis, sed muros ciuitatis iste reædificauit. Cum igitur ita dicunt quidam Nehemias a dificato templo & altari obtulit sacrificia, subauditur præmorum petraea redificatione, procul dubio haec interpositio, ad dificato templo & altari, cōmendatio est templi expediti, quod solum illud sanctum atq; legitimum fuerit, cuius in altari & ante Babyloniam captiuitatem ignis iste perpetuus extitit, & post captiuitatem tantio miraculo recuperatus est, quod verè in et cetera auctoritates testimoniorum, quibus templum illud sive constat illustratum, magnum aque præclarum sive. Quale enim fuit, ligna & sacrificia supèr imposita, itēq; lapides magnos aqua perfundi, magnisq; de contraria elementa ignem accidit. Ad eandem spélat intentionem quod dicunt, & Nehemias erat oratio hunc habens modum, Domine Deus omnium creator, &c. Inter quæ est illud notandum. Et cōgrega dispersum nostrum & constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moses. Quomodo enim dixit Moses? Cum, inquit, fuerit constitutus rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero sublevatus, præterim cum dominus præcepit vobis, vt nequaquam per eandem viam revertamini. Nee ita in Aegyptum surcam reuelisti. Item dixit Moses, Non facietis in domino Deo vestro, sed ad locum quem elegerit Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, veniet & offerent in illo loco holocausta & victimas vestras. Locus virique, quem elegerit, dominus erat Hierusalem, sicut scriptura narrat. Cūque extendidit manum suam angelus dominii super Hierusalem, vt disperderet eam, misertus est dominus, & ait angelo percutienti,

Suffit.

Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream Ateunam lebus et. Venit autem Gad & David in die illa, & dixit ei: Ascende, constitue domino altare in area Are-^{1. Reg. 24.} una lebulasi. At illi in Aegypto immolabat. Vide igitur, quam subtiliter, quam moderatè con-veniant illos, & arguant ut legi praevaricatores, ex illa oratione Nehemia dictum ita recen-sentra. Constitue populi in loco lantè tuo, sicut dixit Moses. Nimirum locum Dei sanctum Hiero-solymis esse volèt, cùtra cuius electionē locus in Aegypto præsumptus sanctus utique esse non posset. Dicunt illum ita sacrificium illud appellat Nehemias Nephar, quod interpretatur purificatio, que alia vel alterius rationis erat, quim purificatio mensis gelue, de qua supra di-ximus, quam appellabant purificationem templi. Itam verò diem ignis, qui videlicet dies, cu-tus in enī, quoctus fuerit, non oportuit illi annunciarī, quia sciebant, & olim celebrauerant.

Eadem ratione tabernaculum & arce commemorationem, atque excusationem factam.

CAPVT XX.

Narrationibus veris, locum electum, templum sanctum atque legitimum decertates non potuisse illos habere in terra Aegypti, sed habentes Hiero-solymis non nihil sibi deesse ientiebant, quia videbant tabernaculum & arcam & altare incensi, quod fecit Moses, non habe-bant. Profecto & multis ipolorum, scilicet Iudeorum habentibus suum in Aegypto templum, hoc ut debatur, quod gloria magna translata fuisset à Hiero-solymis, tanquam ratio nulla esset vel esse posset a sua iustificiis ad commendandam vel præferendam dignitatem tēplici Hiero-solymani, quoniam non haberet illa insignia, tabernaculum & arcam & altare incensi. Super isto qualis gloria detramento consolantur semetipsos, sic inferendo. Inuenitur autem in descriptionibus Hieremias propheta, quod iussit accipere ignem eos qui transi migrabantur, ut significatum est. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum, & arcam iussit propheta diuinis respolio ad se factio comitari secum, vñquequo exire in montem, in quo Moses ascendit. & vidit hæredes-ram Dei, & veniens Hieremias inuenit ibi locum speluncæ, & tabernaculum & arcam & al-tare incensi intulit illuc, & obfuscatum obstruxit, & dixit, quod ignoratur erit locus, donec cōgregetur Deus congregationem populi, & propitiatus sit, & dominus ostendit haec, & apparebit mæ-^{2. Mæb. 2.}stas domini, & nubes erit, sicut & manifestabatur Moses, & sicut cum Salomon perierit, ut locus sanctificaretur magno Deo. Manifestabat haec, & ut sapientiam habens, obtulit laceritum de- dicacionis & consummations templi, sicut & Moses orabat ad dominum, & descendit ignis de calo, & coniunctus holocaustum.

Quomodo, que de tabernaculo & arca dicta sunt, intellexi debet. C.A.P. XXI.

Confiteor hæc oportuna tunc extinxisse, magnam pro Dei legitimo templo, quod erat Hiero-solymis, superezahans coronam ipsi, ne vel properet hoc, quod non habebat taberna-culum & arcam & altare incensi, videtur Aegyptio templo non posse preferri. Veruntamen quoniam in descriptionibus Hieremias propheta (quas nunc habemus) dixerunt hæc inueniri, si dignitatem vel maiestatem consideres spiritus sancti, qui loquebatur in prophetis, quorum de nos simili & præcipuis Hieremias unus existit. Magna quidem in litera sonat gloria illius templi manufacti, sed multò maiorem in spiritu prophetæ præsentia homo quicunque spiritua-lis. Denique homo animalis ludarus, cuius circumspectio non in ipso, sed in lola carne cōsistit, hoc putat Hieremias dixisse, quod Iudeorum, quin omnes gentes captiuū ducti sunt, congre-gatio debeat fieri, nescio quo tempore, templumq; illud cum emitate refutari, cum tali nube ap-parente, qualis erat vbi Moses legem accepit, & qualis vbi Salomon ædificarum templum ma-gno Deo dedicauit. Nos autem post illud tempus, quo haec scripta sunt, post victoriis prælia Machabæorum, nullam scimus populi Dei congregationem, præter illam quam idem spiritus, qui loquebatur in prophetis, nobis in euangelio ita loanne deponit. Quia Iesus moriturus erat Isæ. 22. pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregari in unum. Tunc vtique apparuit gloria Lei, gloria fuit Dei cum resurrectione mortuorum fulgoris & ex-^{1. 2. 3.}stunc est nubes, sicut manifestabatur Moses, vt legem accepit, & sicut fuit nubes, vbi Salomon tem-^{4.}plum domini ædificauit. Nubes, inquam, extunc est similiter, scilicet exercitū Iudeorum, cuius in prodigium factæ sunt illæ nubes, vtique ad illud tempus, ignoramus erit (sic Hieremias) vbi sit tabernaculum & arcus & altare incensi, id est, non cognoscetur à populo vel genibus, quorū vel qualium exemplaria cælestium illa fuerunt.

Qualicunque sensu Hieremias illa scripsit, indeo suo proposito adaptasse.

CAPVT XXII.

Dilecti aliquis, putar ne ipsi qui scripserunt, vel eiusilli quibus scripserunt hunc prologum, tua vt tu nunc dies, si sicut nunc Ecclesia Christi intelligit, prophetica Hieremias dicta intellexerunt. Ad hanc, inquam, Putas ne Iudei, qui de regione Iudea scripserunt, aut Iudei per Aegyptium, quibus scripserunt prophetæ fuerunt, aut propheticum intellectum habuerunt?

Si pro-

Si prophetae fuerunt, aut intelligentiam prophetici spiritus habuerunt, nimis est ea quae sub veritate lamine legalis, aut propheticis literis latebant, intellexerit. Quid voluerit confiunctio vel ritus tabernaculi, quid significauerit altare incensi, quid arca, quid propiscitorum, quid duo Cibae rubrum, quid prorsus vel quale fuerit illud, quod intendens dominus ad Mosen: Inspice(air) & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstrauit. Sed non erant prophetae in diebus illis serè, ex quo reedificatum est templum post capitualem Babyloniam. Es nouissimum duodecim prophatarum Malachias, quem ipsum Elidram fuisse dicunt Hebrei, propheta erat. Hinc ea primo libro Machabaeorum scriptum est: Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est propheta visus in Israel. Igitur quomodo cum intellexerint illud, quod inuenienti dixerint in descriptionibus Hieremias propheta, vel ipsum Hieremiam dixisse de populi congregazione, de maiestate domini apparitione, vel futura nube secundum similitudinem nubis, que in monte Sinai manifesta est Moysi, que vel Salomonem in dedicatione templi. Non in praesenti scriptura sribentium teneamus intentionem, quia facta haec vel dicta Hieremias fratibus, qui erant per Aegyptum, habentibus templum non legitimum, scripserunt ad suos competentes consolationem, quod videlicet loci vel templi dignitas, non idcirco minor videri deberet, quod eo tempore tabernaculum & arcum & altare incensi non haberent.

Eadem ratione, qua superiora, orationem Moysi, & ignem de calo datum.

CAPVT XXIII.

Quod tandem subiungitur. Sicut & Moses orabat ad dominum, & descedit ignis ex caelo, & consumpsit holocaustum. Dixit Moses: Eo quod non sit mundatus, quod erat pro peccato, & consumptus est, ad idem respicit, scilicet ad testimonium sanctitatis vel sanctificationis, quod templum illud fure sanctum habendum fuerit, in quo constabat peccata consumi igne, qui diuinus datus est, sicut & quando Moses orabat. Neque enim minus miraculi fuit in eo, quod de aqua super sacrificium aspersa magnus accensus est ignis, quam in eo quod Moysi orante, i domino egressus est ignis, & holocaustum consumpsit. Celestis autoritate defensum esse volunt, nihil minus sanctitatis vel dignitatis, illi templo, quam Moysi ascribendum fuisse tabernaculo. Quod alius, dicit Moses, Eo quod non sit mundatus, quod erat pro peccato, & consumptus est, idem est ac dicunt: Sacrificium quod erat pro peccato, cur non comedebatur, sed comburebatur, videlicet quia non erat mundatum, cum esset pro peccato, quia sicut immundum est peccatum, ita quod erat pro peccato sacrificium, non pertinebat ad eum sicut hostiae pacificorum, congruumque erat totum illud creari, sicut opus habemus peccatum nostrum sancti spiritus igne comburi. Et hoc dictum à Moysi non ociose, secundum expeditam intentionem suam, memorant, videlicet, ut confiteretur templum factum esse in quo peccatum consumuntur, recte signe dato diuinus, & sacrificium pro peccato. Finis tandem nobis iam sit huiuscmodi tractatus in litera proemii, quod mihi explanandum impolusti, quod si velut utique factum est, tu quoq; gratiam benedictionis recipere debes ab omnibus, quibus hoc vele vilium fuerit, quia monitor atque exadutor fuisti.

Quam multi hostes verbi Dei velociter sicut umbra transferint. CAP. XXIIII.

Intraea saluus atq; interemeratus permanebat thesaurus patris Abrahæ, thesaurus David filius, scilicet verbum promissionis, quod sub iuramento Deus verax super filios thesaurifauit. Sebat enim locus & gens vnde oportebat illud adimpleri. Generatio præterita, & generatio adveniebat: ipse autem cui veraciter dicitur, Tu autem idem ipse es, & annui non deficient, in proposito suo permanebat. Anno illo, quo (vt iam dictum est) fratres qui erant Hierosolymis, & in regione Iudeæ scripserunt fratribus, qui erant per Aegyptum. Anno, inquam, centesimo octogesimo aetatu, Ionaç cognovit Hircanus locum & gentem regebat, & ille annus principatus eius undecimus erat, ubi iunc erant, qui locum & gentem illam tantis odie persequentes exterminare voluerant, velociter sicut umbra transierant, alias post alium diuersis cladiibus morientes, quorum interitus velocitatem si consideres, recte dicas, quia in generatione una nomen eorum deletum est. Una quippe generatio Machabaeorum vix exacta fuerat, principatum agente suique principatus annum habente undecimum Hircano, cuius per patrem Simonem, patruosque iudam atque Ionatham, loci & gentis Deus reseruauerat, & tam multe reges aduersiorum successum decellerant infra annorum paulo plus, quia quadraginta spaciun. Denique post radicem peccaticem, scilicet Antiochum Epiphaneum, qui sine manu cœritus est, filius eius Antiochus Eupator decessit, post Eupatorem patruelis eius Demetrius filius Seleucus, post Demetrium Alexander filius Antiochi, post Alexandri Demetrius filius Demetrius: deinde Tryphon tyrannus regni, qui Ionatha & Antiocho adolescence filio Alexander dolo interfecit dia dema libi impoluit, deinde Antiochus filius Demetrii, qui in templo Nanæ cecidit: Septem fuerant, jamq; non erant, nimis raro deleti in vna (vt iam dictum est) generatione Machabæi.

chazarorum, & benedicebatur Deus, atq; laudabatur secundum Psalmistam dicentem. Inimici vero domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fūsumus deficient. Psal. 36.

Quare Deus populo cetera regna subiijcere noluerit. CAPVT XXV.

Non poterat hic Deus terribilis, qui tam citè abstulit spiritum principum, & auxilio tam parvulo sublevauit gentem & locum, non poterat hoc facere verbum Dei, verbum Dei ut gens sua, locus suus, regnis omnibus imperarent quomodo regnum Graecorum paulo ante ab Alexandro Macedone dominabatur. Non poterat illud efficere, ut regnum mundi caput Hierosolymis haberetur, seu Machabaei vincentibus, seu anterius regnante David, quem electione sua, secundum cor suum regem posuerat Deus. Poterat plane, si voluisse de humi- modi curare, plus quam exigebat propositum ipsum. At vero propositum eius non erat, ut beati viri sua benedictionis heredes in ista valle lachrymarum, in isto loco, qui positus est eis ad sile- dum & esuriendum, & ad sancte paupertatis studium, & libeliorum in equis & curribus, & in gen- tibus more regum gentium potestatē haberent, aut dominarentur. sed quid erat in proposito eius? nimis sanctos eius & electos omnes in hoc mundo peregrinos esse vel exiles, & expe- clare regnum eius, cuius rex vel imperator ipse Deus & dominus est. Bene igitur secundum hoc propositum suum contentus fuit Deus, tantum suis præbere auxilium, quatenus inter gentes genitiva, & locus vincere conseruaretur, donec ex ea Dei veritas, id est, verbum promissionis adimpleretur. Ultra cautelam hanc vel prouidentiam, gentem exulē, filios peregrinorum Abrahæ, Iсаac, & Iacob, cur exaltaret, causam non habuit rex humilius Deus, gentibus suis na- tionibus gentium, reges autem regum imperatores habentibus, satis fuit illi genti loco illipro- uidere reges aut principes, ut fuit David, ut fuerunt illi Machabaei, qualium prælatis aut victori- rum non quereretur, ut villa fieret pressura mundi, sed ut defendetur gens unde esset ventura salus mundi. Regnum autem & imperium genit illius super omnes gentes, quando vel quo tempore confusgeret, prouidebat, sedens in throno ille apud Danielem antiquis dierum, qui venturo de illa gente filio hominis iam porrigebat regnum & potestatem, ut omnes populi, tribus, & linguis seruient illi in æternum.

Machabeos societatem cum Romanis unire non debuisse, & quare tam eis morte sublati fuerint. CAPVT XXVI.

Subobscurem quiddam fratribus victoriosis in medio suæ claritatis accidit, ludæ, Ionathæ, Sarç Simoni, quod videlicet victorii clarissati, ultra miserunt societatem & amicitiam sta- tuere cum Romanis potenter & famosis, quamvis super hac re non culper eos scriptura, res gelas contingens ipsorum, nihilominus tamen anitbaduertere proimpunitus, non fuisse eorum coram Deo, nec lege conceatum ludæ, ut expeterent amicitias gentium, verum amen iteum fuerunt in vita sua, ita & post mortem gloriose sunt, quia si quid pulueris, aut pulvere vanitas taliter admiserunt, omnino deletum est, eis sub sequente morte singulorum. Denique ludas pri- mus miserat Romanum, constitutus cum illis amicitiam & societatem. Et interea Demetrius rex post casum Nicorai & exercitus eius, apposuit Bachidem & Alchimum rufum mittere in Ju- dæam, & in illo prælio cecidit ille potens, qui falum faciebat populum Israel. Deinde lonathæ Romam miserat, statuere & renouare cum illis amicitiam, & post modum à Triphonia dolis cit cumuentus atq; occisus est. Similiter Simon miserat, cum illis renouare amicitiam, nec multum post à genero suo Ptolomeo per insidias interfectus est. Tales euuentus, singulorum fines ob- incurare videntur, quod videlicet in eo ubi coeleste diminuerint auxilium, dum querant ab ho- minibus seculi, quasi pacis & securitatis firmamentum. Porro diligens animus caufam aliam libertatis arbitratur, scilicet quod idcirco taliter in brevi decellerine, quia sicut de sanctis dicit Apostolus: Quibus dignus non erat mundus. Ita & talibus ac tantis ducebatur, ut diu permane- rent, tunc temporis dignus non erat ille populus, ut pote tam quasi senex atq; diluvii penetro- tus, præter paucos iustos, nimis refrigescens à diuina religione cultu. Inde post Hircanum, Simoni filium, ducem habere meruit Hircani filius Aristobolum, matru & fratre interfector, deinde fratrem eiusdem Aristoboli Alexandrum & ipsum parricidam, multæq; plebis ludæ- orum homicidam, deinde filios eiusdem Alexandri Hircanum & Aristobolum, qui principia- diæ contentionis lacerauerunt, multo post Herodem genere alienum, crudelitate præcipuum, toriusq; homicii dii domestici atque publici signiferum, mortisq; satellitem, sempiternæ perditi- onis destinatum. Beata igitur fors illorum, qualemcunq; habuerint mortis euuentum.

Nam corpora eorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum.

L. Mattha. 7:

Heb. 11:

12

Ecclesi. 44-

DECIMI LIBBRI FINIS.

L R V P E R T

gulorum. Putare, quod de multitudine creaturarum vel spirituum creandorum haberet emere
gere qui piam, qui conaretur cassare propositum tam bonum, vnde & merito draco magnus,
serpens antiquus diabolus, & satanas, & econtra mente tractare, qualiter illi foret illudendum
per ipsum verbum, quod erat apud Deum, cum quo habebat consilium suum antiquum, & su
per draconem illum decernere, quod nullus infirmare posset aeternius iudicij decreturn. Ibi iam
eiusdem sapientiae delicia cum filiis hominum, & cum angelis quidem, sed maxime cum filiis
hominum, quia nusquam angelos, sed semen Abrahæ id est, humanam naturam apprehendere
habebat, ut nunc factum est. Vnde & apostolica congaudet fides, dum dicit: Nulquam enim
angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Inde nunc nobis in laudem, victoria ver
ritatis Dei, sermo captus peragendum est. *Hebr. 1.*

*Inuocat sapientiam interim adperiens quid sit, Noli regibus dare vinum, sed his qui
amaro sunt corde.*

CAPVT IIII.

INUOCATA adsit eadem sapientia, quoniam suscepit materiæ nunc instat pulcherrima pars.
Inuocata adsit, & inter eos me computer, quibus vel qualibus vinum ad bibendum dandum
esse iudicat. Noli (inquit) regibus ò Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum sectetur
est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutant causam filiorū *vinum*.
pauperis, dà sacerdotem moerentibus, & vinum hi qui amaro sunt animo bibant, & obliuiscantur
egestatis lute, & doloris non recordentur amplius. Quale namq[ue] est vinum, quod si detur ad
bibendum regibus, facit eos obliuisci iudiciorum, & mutare causam filiorum pauperum. Si au
tem detur moerentibus, facit eos obliuisci egestatis lute, & doloris non recordari amplius. Pro
seco quomodo parabola est, mystice iuxta parabolaram leges intelligenda est. Vinum ergo
istud, iermo sapientie vel iermo scientie est, quod si detur regibus, id est superbris, apud quos
vtique regnat ebrietas, id est, quos scientia inflat, obliuiscuntur iudiciorum, & mutant causam
filiorum pauperis, id est, male exanimant sensum scripturarum, dum per contentionem sua de
pendunt, & nulli cädere volunt, & ab alijs bene dicta, qui sunt filii pauperis, id est, humiles se
cundum Christum, amatores veritatis, & vanas glorie depurantes & præsumptiones. Oergo La
muel, quod interpretatur, in quo Deus. O Christe, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis *Lamuel*,
corporaliter, noli talibus scientie tuis dare vinum, sed da moerentibus, id est, humiliis, &
his, qui pro eo, quod paupertatis & peccatorum humilem conscientiam habent, amaro sunt
animo. Cura enim talibus datur vinum hoc, laxificare cor eorum, & quadam obliuione bona
obliuiscuntur egestatis lute, confortati ab Apostolo dicente: Quia quæ stulta sunt mundi ele
gia Deus, ut confundat sapientes, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ
non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Et nobis ergo si dederis vinum, nos quoq[ue] confortati tortius
egestatis nostre obliiti, nec ultra memores doloris vel tristitia seculi, sapientes, fortes, & nobi
les reges terræ, & principes qui astiterunt aduersus dominum, & aduersum Christum eius, pu
tantes se infirmare posse decretum Dei, posse auertire extentam manum domini, stultos infir
mos fulsse, atq[ue] ignobiles, declinabimus in laudem victorij verbi Dei, prolequentes currum
triumphalem tanti victoris.

Sextum caput draconis, cui simile fuerit, dici non posse.

CAPVT V.

DE singula capitibus draconis, quales qualium & ferarum similes habuerint facies, dem
onstrati potuit, cum sanctæ scripturæ testimoniis. At verò de isto capite sexto valde rufu
qualis vel cui bestie similis in eo facies fuerit, demonstari non potest, quia scriptura non dixit,
vbi Daniel visionem quatuor bestiarum vidit, de futuris hoc tantum ait. Bestia terribilis arg
utabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens arcu communiques, & reli
qua pedibus suis conculcans, diffimilis erat cæteris bestiis, quas viderat in antea. Dixit quod cæ
teris bestiis, quas viderat antea, ista erat diffimilis, scilicet leæna, virgo, atq[ue] pardo, & non dixit
similem fuisse aliqui bestiarum, quæ præter illas multæ sunt. Terribilem eius fortitudinem ter
ribiliter expressit, dicendo. Dentes ferreos habens magnos, per quos nimis intelligimus Ro
manæ potentias cœlules, siue imperatores bellicosos atq[ue] fortissimos, & exercitus in præliis fa
vera districione, disticta fuerit ordinatus. Ut interim nunc taceamus de gentibus ceteris.
Gentem ludam bestia ista comedit atq[ue] communuit, & reliqua pedibus suis conculcauit, quia
locum destruxit, & gentem percussit in ore gladij, & eos qui reliqui fuerunt in captivitatem
vendidit, atq[ue] diliperit. Non proinde Romanum imperium unum fuisse cognoscimus, ex capi
tibus draconis rufi, quia iustum fecit, quamvis nesciens, vindictam sanguinis Christi, sed quia
potestas eiusdem imperii Christianum occidit, & martyres Christi, proinde magnum caput extitit
inter odines impios, quinque vñebant, & erant utique corpus vel membra diaboli.

*Quod Hebrei putant de sexto capitulo de Eum. Exterminauit eam aper de fylua, &c.
ineptum esse*

CAPVT VI.

L ij Hebrei

T. fol. 79. **H**ebraei, quod in Daniele tacitum est, in Psalmo dictum putant. Exterminavit eam aper de syria, & singularis ferus depasitus est eam. Quarum illam terribilem bestiam similitudinem apri vel singularis serui fuisse aut umane. Huic opinione illud repugnare esse videtur, quod illi bestiae terribili cornua ascribuntur. Habet (inquit) cornua decem. Considerabam, & ecce cornu aliud parvum ortum est de medio eorum, &c. Hoc (inquam) repugnare videtur. Denique a cornua non habet. Itaque bestiam illam existimare vel dicere fuisse a primum, sic arbitramur fuisse incongruum, sicut Delphinum sylvestris appingere, fluctibus a primum. Similiter hoc animaduertendum, quia regna Persarum & Medorum, quae in eadem visione significata sunt per virsum, & pardum, in alia visione, qua ostensio est de futuris regibus eorumdem regnum, qui videlicet reges per cornua significari debuerunt, per aliorum facies animalium demonstrata sunt feliciter arietis & hirci, quibus cornua naturae dono constat attribui, igitur quod scriptura tacitum de nomine quartæ bestie, nobis quoque tacitum sit, ut quicquid seriosus in bestias cogitauerimus, hoc Romanorum formidololum imperium intelligamus.

Quomodo bestia quarta de mari ascenderit, & sextum caput draconis in ordine constituerit.

CAPVT VII.

Mandu in malig no. **B**estia haec terribilis de mari quomodo venit? Quomodo de mari ascendit? quomodo ante mulierem, quae erat particula in illa septem capitum draconis cruenta serie caput istud constitit? Ni mirum per magnas atque inenarrabiles discordias, per bella ciuilia, bella plus quam ciuilia. Discordia spiritus, quem haec bestia spiratur, mundum vexauit, gentes afflixit, ciuitates & regna cedibus cruentauit, terras ferè omnes Europam & Africam atque Asiam suo, gentiumque serè omnium sanguine compluit. Suni historie, legant qui volunt tragedias generis humani, labores mundi, verè (vt ait Iohannes) in maligno positi. Quod fatis ab eiusmodi effectione claruit, & clarum est legenti atque intelligenti. Nos ad illam insanire partem summan tendimus, qua aduersus sepe dictam & saepè dicendam mulierem in utero habentem lese erexit, detegit lulos ferreos per exparuit caput istud, ut cum peperisset, deuoraret filium eius.

Herodem patre Idumeo, matre Herode Arabica natum, & senatu Romano, regem Iudeæ decretum fuisse.

CAPVT VIII.

Herodes. **I**mperante Augusto Cesare, centesima & octogesima quarta Olympiade, consulibus Calo Demetrio, & Caio Asiano, Herodes à Romano senatu gratia Caesaris Augusti, & sauro Martii Antonii rex Iudeæ decernitur, non etat genere Iudeus, immo patre Idumeus, & matre Arabia progenitus. Nicolaus tamen Damascenus (vt meminist lolephilus) ait, parrem huic Herodis Antipatrem, genere nobilissimum Iudeum fuisse, ex illo, quoad Iudeam de Babylone teueri sunt. Hec autem, inquit, id est, referat ad gratiam Herodis sibi eius, quem regem Iudeorum contigit fieri, cum non esset regis, sed nec Iudeaci genera. Nam Antipater genere Idumeus exxit, quicquid multas possidens pecunias, totius Iudeæ potestate, & tuitionem à Cesare accepit, amicus Hircano regi & sacerdotum principi. Sed cum tardum & segnem Hircanum viderit, priore filium suum Phaselum, ducem in Hierosolymis, secundum vero Herodem Galilee rationem ordinavit, qui postmodum (vt tam dictum est) ad regnum peruenit. Prædixerat de illo quidam in concilio vir iustus nomine Samæus, praesente Herode, cum pro crimine fuisse vocatus, stercor purpura circundatus armisq; stipatus. Vos (inquit) vel legem accuso, qui tantum ei licetiam dedidistis. Scitote quod is quem nunc propter Hircanum vultus absoluere, quandoque nos & ipsum regem torquebit. Nihil autem hęc dicendo mentitus est. Nam Herodes cum regnum conservasset, omnes in concilio tunc inueniens cum ipso Hircano occidit.

Discordia inter senatum & populum Iudeorum, Herodis regnum peperisse.

CAP. IX.

Discordia summa, discordia cruenta, tam Romani Senatus, quam Iudei & gentes regnum illi peperit. Denique cum Caius Cæsar, & magnus Pompeius totius orbis viribus configit, & in Iudea fratres Hircanus & Aristobulus de principatu at roctere contendunt, Antipater potens, & (vt iam dictum est) multas pecunias possidens, dum in Iudea fuerit Hircano iuliori quidam, sed seniori, & in Romana republica multis obsequiis, pluribus in-pensiis, mercatur gratiam Cæsariae iam viatoris, vieturque Pompeium visque in Aegyptum perlequantur, magna subimet Iudeę potestatem ptomeruit, & apud vietricem Romanorum patrem Hetodi filio viam ad regnum obtinendum magnis meritis aperuit. Scindunt quoque, quod per illam Hircani atque Aristobuli discordiam, templum in Hierosolymis feneret, & iterum magna cum calamitate violatum fuisset. Primo namque Pompeius Aristobolum viatum habens, ciuitate aggressus, contra socios Aristoboli, & per seditionem in ciuitate receptus, templum irrupit commotus atque cadente maxima turre, per quam aperta parte templi hostes irruperunt, & omnia Iudeorum ede completa sunt. Quidam enim occidebantur à Romanis, aliud vero semetipsos occidebant, & ita occiduntur vigintiduo milia Iudeorum. Romanorum vero per pauci defundi sunt.

Nec

Nee verò parua in templo commissa sunt, dum ea quæ priori tempore inuisibilis vel inaccessibilis erant, adiisset Pompeius, & cum eo non pauci vidissent, quæ non licet nisi sacerdotibus intueri. Deinde cù; ut iam dictū est Herodes regnum exp̄sset, & Antigonus Arsllobulius ciuitatem teneret, idem ciuitas passa est, & in templo multi perempti iuntur, Herodi annentibus Romanis. Et hpc pallio Hierosolymorum ciuitati contigit (ait Iosephus) Marco Agrippa & Callidio consulibus, centesima & octogesima quinta Olympiade, tertio mense in celebratiōne ieiuniorum, tanquam reveria calamitate, quæ sub Pompeio iudicis illata est. Nam extunc eodem die capiuitatis viginti & septem anni fuisse noſcuntur, cum adhuc obſideretur ciuitas ab Herode & Sofyo legato, perſuasit Samæus ſupradictus populo, vt Herodiem acciperet, di- cens propter peccata eum non poſſe deuictari.

Neq; ſceptrū, neq; ducē de Iuda auferendū, donec veniret Christus. CAP. X.

CVM igitur alienus Herodes per tantas, tamq; cruentas, quas commemorare libuit, diſcor- dias, regnum exp̄sset, tempus erat, vel promiſſionis fūe verū verax Deus adimpleret. Sic enim fuerat p̄dictum. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de ſeconoribus eius, donec veniat, qui mittendus erat. Qui mittendus erat, ipſe est qui venit Christus, in quo ſemine tuo (aīt Deus ad Abram) benediceat ur omnes gentes, ſicut ibidem à Iacob ſubiunctum est. Et ipſe erit expectatio gentium. Ecce autem veraciter ablatum erat ſcepterū de Iuda, & de ſeconoribus eius, quando Herodes alienigena regno iuit intrusus, qui & occidi omnes, qui regij generis vi- debantur eſſe, & ipſum Hircanum, cuius lenitatem & mansuetudine fuerat prouectus. Ut igitur iuſtificaretur Deus in sermonibus suis, iam illud ſermen, quod Abraham promiſum fuerat, & cū ſuramento reppromiſum, quod itidem David iuratum fuerat, venire oportebat, nec longius diſterri, quoniam ſceptrum de Iuda ſic ablatum erat, & dux de ſeconoribus eius ita defecerat, ve contra legem Iudeorum, rex, imo tyrranus, ſederet in regno, homo alienigena, prædo, ad- uena, extraneus, horimida.

Prater Zachariam, Elisabeth, Simeonem, & Annam prophetiam, multos ſuſſe, qui aduentum Christi exp̄petarint. CAPVT XI.

QVallis putat tunc mens habuiſſi nūſi animabuſ, erat & Quo autem illius temporis iusti- ſe dixerim, niſi illos, qui ſidem & ſpem ſue expectationem habebant promiſſionis ad Abraham, promiſſionis ad Dauid, iuramenti ad Abram, iuramenti ad Dauid, qui vi- delicit Dauid fidelis, Deum fortiter tenens, misericorditer mei, dixit, ut iuſtificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris & Taliū vnuſ vel notiſiuſ ſe temporis illo Symeon nobis extitit, Psal 50. qui in hac fide declamando & requirendo veritatem Dei, veritatem promiſionis, in qua Deus major homine, ſponde hominibus iurauit, reſponſum accipere meruit non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Christum domini. Nunquid illo tempore ſolus promiſionis eiudem Symeon expectator exiit? Erant utiq; & Zacharias & Elisabeth ambo iuſti, erat & Anna prophetissa, erant & Ioseph & Maria. Dicam adhuc, Nunquid quiſ ſolos iſtos notos nobis euangelii fecit, nullus præter iſtos erat, qui expectaret iude & viatorū Dei, vt in sermonibus ſuis iuſtificaretur, & vinceret cum iudicaretur? Utq; qua muſ Herodianæ malitia nubes horrida eccliam obſcu- raret, non paucæ in celo erant ſtelle, luminiſ ſeuilam claritate fulgentes, eiudem ſide pul- chritudine lucentes, & promiſionis effectu ſuſpirantes, clamabant animæ multe, quatenus in sermonibus ſuis verax & fidelis Deus appareret. Exiftit, quod mulier illa in vtero habens, ut ſepe diſtum est, nullo vnuſam tempore magis parturido clamauerit, nunquam magis ut pareret cruciata fuerit. Noli autem viuentes in corpore ſideles illius temporis homines loſos debere intelligi corpus illius, quam dicimus mulieres in vtero habentes, imo vnuſerla dierum, vel ſeculorum ecclie, quando erit ab origine mundi progenita omnis muliſtudo animalium fideliū, tam in carne degeneris quam deposito carnis onere, apud inferos beatā ſpem expe- ſtantium, huiuscemodi defiderit clamores emitebant, & haec vnuſerlitas propter vnam ean- demq; expectationem, vna mulier in vtero habens exiſtebat.

Neque demonſtrando, neque narrando, Chriſtum pro dignitate indicari poſſe.

CAPVT XII.

QVID iam dicendum, niſi quia mulier illa peperit filium maſculum? Hoc autem dicendo quomodo cupit animus immorari, & elle in contemplatione quæ magna, imo veraciter magnæ festiuitatis, & triumphalis gaudij, pro eo quod Deus, qui promiserat hoc ſemen benedictionis, verax apparuit, & quo ſe impenderet? Quam in partem ferme noſter ſeſe aptabir, in demonstrationem, aut in narrationem? Si in demonstrationem ſe verterit, ſi partum illum, ſi filium vel maſculum illum demonſtrare voluerit, hoc tale ei nobis, ac ſi meridiano tempo- re, cœlo ſereno, ſole clarissimo, fulgente in aſcenſu ſuſtummo, digitum quiſ intendat oculos

L iii habent

Fa. 11. habent & vident, dicant illi. Vide, ecce sol. Scriptum est enim: In sole tabernaculum suum. Si autem veritas in narrationem, veremur esse superflui, quoniam noui nihil duci uiri sumus, quoniam non apud ignoratos haec dicta vel scripta deponimus, non ad ignoratos, vel cum ignarissimis confundimus. Veritas igitur se tota intentio sermonis ad iocunditatem, & aliquam ueritatem cum iocunditate nitatur habere dignitatem, quatenus & ipse leme plena fide, pleno fundatus ore, cu[m] gratia humilitatis necessaria, ut quisquis illa legere dignabitur, delectetur, atque iocundetur propter laudem talis filii, propter honorem tanti masculi, & propter gloriam Dei patrem, & honorum spiritus sancti, de quo illa beata mulier concepit hunc & peperit. Ita sermonis iocunditas rufum habeat illum, quem nomine suo h[ab]et significauit, beatae senectus & emerita fidei filius, qui typus filii vel masculi huius extitit, quem decrepita mater, scilicet antiqua ecclesia, parvus per utrumque Maria virginis, veraciter dicere potest, semper dicit, ac dicit. Ruum milia fecit Deus, quia talis filius vere matris sui rufus est aeternus. Dignitatem de propria etica sancti spiritus facultate mutuabimur, de prophetica gratia plenitudine sumemus, ubi uates extimus Esaias loquitur contra superbiam Allum.

Quod per Esiam dictum est: Egredietur uirga de radice Iesu, quomodo sit intelligendum.

CAPUT XIIII.

*E*texelis statuta sucedentur, & sublimis humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro, & libanus cum excelsis cadet. Et egredie sur uirga de radice lessie, & flos de radice eius aleendet, & requiescat super eum spiritus dominus, spiritus sapientie & intellectus spiritus cōsiliū & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Ecce qualis oppositio. Peripice condensa saltus, & libanum eum excelsis inde uirgam cum flore suo. Quātum est uirga una florifera, comparatione saltuum condensorum, & montis Libani cum excelsis suis, quae robore magno vel alta sunt, ut pura ligna cedrorum. Atamen quantum valenter condensa saltus, & Libanum cum excelsis, comparatione uirga huius, & ascendens de illa florit. Siquidem condensa saltus ferro subuertuntur, & libanum eum excelsis cadet. Hoc autem uirga & nos eius totum suscepimus, totum portat superne maiestatis pondus, & non caderit, & non subuertitur. Dicamus manifestius, quamvis sub istam metaphoram quales translatæ sint res, non ignore mundus, non taceat uinuerlus, qui in mundo est ecclesie chorus. Peripice hunc genitum quas per condensas saltus intelligimus tyrannos, ac duces, imperatores, & consules. Inde Iudaica genitum, quam per Libanum intelligi placet reges, & terrachas, atque summos a cedrū principes, & inter istas altitudines siue magnitudines subortam humilem de domo David Mariam virginem, Christum pastorem, Deum & hominem, & magnam uictoriam verbi Dei concepisse admirationem, quod in hunc mundum ingrediens, non quiescuit de aliis vel sublimibus parenti habere quempiam, solum se sibi iustificare sciens absque opere humano contra illum Allum, id est, diabolus superbiam, ad obtinendum sibi regnum, ad possidendum David patria sui solium, immo Dei patris aeternum imperium.

Tunc excelsa Libani cecidisse, cu[m] Herodes alienigena regnaret, templumq[ue] subuersum ac novo adficaret.

CAPUT XIIII.

*V*t tacem de gentium saliu, cuius condensa ferro tunc temporis Romani imperii passim subuertebantur, & subuersa fuerant, ita ut totus i[n]sub illo imperio isleret mundus, quando flos iste de uirga vel radice lessie ascendit excelsa Libani, siue ipse Libanus. Quomodo cederunt circa huius floris ascensum. Summum Libani, verticem ipsum intellige templum, quia scriptum est in Zacharia propheta. Aperi Libane portas tuas, vt comedas ignis cedros tuos. Iblas autem cedros vel excelsa Libani principes gentis, quorum gloria caput erat templū ipsū, quo angustius in mundo nullum fuit. Quomodo Libanus iste cum excelsis suis tunc ecclisi, vel eadē coepit? Nemirum magni & irrecuperabilis casus eius initium illud dicere non dubitaverim, quod Herodes, quo regnante, ceciderat magnum excelsum regis dignitatis, ablatu[rum] quippe fuerat scepterum de luda, & dux de formosibus eius. Herodes, inquam, homicida multipliciter, immo & patricida, tyrannus, non rex, templum uerum, quod reuerteri de Babylonis filii transmigrationis edificauerunt, & victores Machabæi puriscauerunt, post sexcentos annos depositus, & aliud condidit. Unde illi huicse opera præsumpto? Nunquid illud opus stare debuisse, aut placere Deo potuit? Si David fidelis de tribu luda rex inuentus & electus secundū cor Dei, domum de mino edificare non debuit, dicente illi domino. Non edificabis domum nominis meo, eo quod sis vir bellator, & multum sanguinem fundens, quomodo iste non qualiscunque sanguinis effulor, verum etiam filiorum atque uxorum occisor, & domesu[rum] siue amicorum furialis interemptor, domum debuit edificare domino? Non igitur mirum, quod ab impio factum de rapina atque spoliis regionum ad tam miserabile tamq[ue] horribile peruenia excidium, quo post Christi passionem, constat illud per Romanos irrecuperabiliter esse exterminatum. Hoc interim dictum sit, quod tunc Libanus cadere coepit, quando Herodes

tanum

templum vetus depositus, & aliud condidit, maius quidem, & duplo maius quam fecerant filii transmigrationis, sed hoc fecit, gloriā quærens suam, non Del.

Herodem, renonando templum, se Danieli & Salomonis impudenter comparari voluisse.

CAPVT XV.

Mercii 11. cum ramis palmarum, quae sunt insignia victoris, clamantibus ac dicentibus. Osanna benedictus qui venit rex in nomine domini, benedictum quod venit regnum patris nostri David, osanna in excelis. Siue secundum Lucam: Pax in celo & gloria in excelis. Quo nimurum dicitur pueri consonabar angelis, qui qua nocte natum illum secreta reuelatione pastoribus annuncauerunt, dicentes. Quia natus est vobis salvator, qui est Christus dominus in ciuitate David, repente laudaverit deum, & dixerunt. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonorum voluntatis. Hoc etenim publice laudi deerat, quod Christus vel regem se in publico non praedicabat, aut praedicari permisit, sed pueri iupluerunt, pueri laudem perfecerunt, equidem iniussi, sed diuinus inspirati, rationabiliter permisi, opportunè admissi. Unde cum indignarentur principes sacerdotum, & scribentes, dicerent: ad eum. Audie quid isti dicunt? ipse valde subtiliter respondit, dicens. Vtique, nunquam legisti, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Idem enim est, ac si diceret. Vos misericorditer importuni fuistis, ut si ego sum Christus, palam dicatis vobis, ego vero pro tempore & re de laude mea nomen istud distuli. Ecce nunc illi, qui vestra scientie comparatione infantes sunt, lactantes sunt, regium mihi nomen acclamando laudem perfecerunt, prophetiam impleverunt. Quia quod propter vos amicos meos ego tacebam, ipsi praedicauerunt. Dicentebus autem quibusdam ex illis. Magister, inscrepatis discipulis tuor. Dico vobis (aik) quia sihi cauerint, lapides elamabunt, subaudicetur, quid ego sum rex, quod ego sum Christus, dum pro eo quod dicitis. Nolumus hunc regnare super nos, non remanebit lapis super lapidem, qui non destruatur.

Christum ascello insidente, regnum eius mundi contemptum praese tulisse.

CAPVT VIII.

Luke 23. **E**t quidem illi, auditio à turbis acclamantibus regis nomine, ipso non prohibente, gaudentibant libi occasione, quam optauerunt oblatam esse, ut Romanæ potestati possent istud sediū solis vocibus impligere. Hunc inuenimus subuentem gentem nostram, & prolibenter tributa dari Cæsari, & dicentes se Christum regem esse. Et si hunc dimisisti, non es amicus Cæsari. omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. At ille sapiens & prouidus, verè quidem rex, sed non licet Cæsares, accusationes illorum in ipsa turbâ acclamatione valde insurmabat, Cæsariq; & cunctis regibus seculi satiascebat, quod nullius eorum regnum cuperet, vel ambiret, nulloq; omnino seculi honores, quales erant Romanorum fastus, magnipèderat, nec arma ferre, vel signa bellicia vñquam atrectare intenderet. Sedebat enim nō super phariseatum & spumatum equum, sed super exiguum ignobilisq; afellum. Circa illum non gladij, non secures, sed rami palmarum, & oliuarum frondes. Ramum oliuæ constabat genitibus quoque signum pacis esse. Quid ergo turbis hinc in pueris spiritus Christi regis agebat, nisi regem, qualiis inuasione regni vel imperii Romani mendaciter accusatum, vel accusandū, factis melius quam verbis excusare properabat.

Christi regnum non de hoc mundo est, satis probatum est, copiosius tamen probari potuisse.

CAP. IX.

Ioann. 18. **E**xus autem se verbis quoque multis & humiliis corde, dum etiam Pilato, ubi ventilabatur accusatio de regio nomine, scilicet crimen magno. Regnum meum (ait) non est de hoc mundo. Si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderet ludus. Nunc autem regnum meum non est hinc. Poterat eisdem gratia labiū dicere: Si de hoc mundo fuisset regnum meum, non assellus, super quem sedi nudius tertius, sed equus mihi vel cursor fuisset adhibitus, & qui me regem acclamauerunt, non ramos oliuarum, sed militarii prætulissent apparatum armorum. Et si minus illi sufficerent, rogassent patrem meum, & exhibuissent mihi modò plus quam duodecim legiones angelorum. Poterat quidè & illud dicere. Quādo parvi de quinque panibus quinque milia hominū, & illi propter hoc rapere me, & super se regem facere voluerunt, non fugilem eos, nisi quia verum est, quod regnum meum non est de hoc mundo. Hæc (inquam) & exteris huiusmodi multa innocentie sua arguunt, qui nihil Cæsari volebant nocere. Pilato respondens demonstrare poterat, nisi quod ille auditum nō habebat, & ipse per sapientem quandam fuerat prælocutus. Ne effundas lacrimam, ubi non est auditus. Nobis hec scienda referuntur, & nostrū est in clamare aduersariis eius, etiam defunctis, quia non diripie mortalitatem, qui regna dat ecclœstia, & quia volentes eos falli, sua malitia felicitat, & mentita est iniquitas sibi, dicendo. Inuenimus eum prohibentem tributa dari Cæsari. Non enim talē regem se fecit, neque ita contradixit Cæsari. Imo, reddite (inquit) quæ sunt Cæsari Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

Diabolum infidiendo & Christi deceptionem, Dei consilium non impedivit, sed promovit.

CAPVT X.

Quid

Quid multa mori illum oportebat, & draco si pedictus in hoc siabar, in hoc inhabita-
bat, ut ille moreretur, quod putabant esse deuorationem eius. Purabat (inquam) quod
per mortem posset eum deuorare, id est, consilii vel propositi dei ad nihilare, ut scilicet non
siceret quod praedictum fuerat, Et ipse erit expectatio gentium, & in ipso benedicent omnes gen-
tes, quod ianuadū timens, dicens illo ludebitur. Quo ritis me, & non inuenietis, & ubi sum ego,
Ioseph. 8.
Vos non potestis venire. Loquebatur per os illorum ad lementiplos, dictum est. Quo hic iterum est,
quia non inueniimus eum. Nunquid in dispersionem gentium iaurus es, & docturus gentes? Verum
ecce nō Piatulista, Draco si te quē formasti ad illudendum ei. & ipse dominus ad beatum Iob de illo
dicit, Psalm. 103.
Nunquid illudes equalia ut, Irem. Ecce spes eius frustrabitur eum. Verè illius est, & fru-
strata est eum spes eius, quia nequaquam moriens Christus deuoradū erat, aut deuoratus est, immo
per mortem eius effectum est, nec nisi per mortem illam fieri oportebat, ut iret in dispersionem
gentium, & doceret gentes. Consideremus sacramenta, per quae in ipso secundum promissiones
benedicenda erant, & benedicent omnes gentes, & in draconem istum ad laudem Dei, qui
eum ad illudendum formauit, mirari poterimus magnitudinem illusionis, quia dum aduersari
cupit, famularius proposito Dei, dum deuorare se putat talem beatam mulieris filium, valde pro-
ficiuum consilium eius præstat obsequium.

Per mortem Christi, sacramenta baptismatis, eucharistie, & spiritus sancti dona, nos
consecutor es.

CAPVT XI.

Quæ ergo & quot lunt principia nostræ salutis sacramenta? Sacrum baptisma, sancta cor-
poris eius & sanguinis eucharistia, geminum spiritus sancti darum, videlicet alterum in
renuissionem peccatorum, alterum in diversarum suis multiplicitum diuisionem gratiarum. Hic
tria sacramenta salutis nostræ necessaria sunt instrumenta, at verò hæc, non nisi per mortem &
resurrectionem eius condenda erant, ut condita sunt. Primo, de baptismo sacramento credi-
mus, & scimus, quia, de morte eius manauit, cum putaretur eum deuoratus, id est, cum iam esset
mortuus. Ad Iesum enim, inquit, Euangeliſta, cum venirent, vr̄ viderent eum iam mortuum;
non fregerunt eius crura, sed vnum rutilū lancea larus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis &
aqua. Sanguine illo redempti, aqua illa sumus abluti, tam iudicijque gentes. Et primo ludet, de-
inde gentes, immo primò mortui, deinde vivi. Mortui namq; fuerant lideler ab origine
mundi, qui caput inferos expectabant beatam spem, primi huius latutis fructum percepérunt,
& qui velut catechumini nondum ecclesi communicauerunt alrari, id est, visioni diuinis, si-
nondum soluto pariete inimicitarum. Eramus enim, aiunt, & nos aliquando natura filii iræ, si-
cū & cæteri, & quasi pannus menstruare omnes iustitiae nostræ. Tunc illo fluminis abluti, &
emundati intrauerunt in sanctuarium Dei, in regnum Dei, quod totum sanctum est. Et quia tunc pre-
teriorum omnium seculorum rota simul ecclesia baptizata est, poliū est sacramentum hoc, quasi
ad eiusdem ecclesias fores, ut quicunque vult ecclesie deinceps incorporari, baptezetur in sua per-
sona, quia simul & vniuersaliter in morte Christi baptizata est ecclesia. Sumptu namq; aqua, &
dicto verbo crucis cum invocatione spiritus sancti, præ sens adest sacramentum mortis Christi.
Unde Apostolus. Quicunque baptizati furios in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, Roma. 2.
&c. Diuina sanctæ Romanae ecclesie contra confuerudinem Graecorum decertatio fuit, volen-
tissim debere in die Epiphaniae solenne baptismi celebrare sacramentum, pro eo quod illa die con-
stat ipsum dominum à Iohanne aquis Jordanicis sulle baptizatum. Romana ecclesia, magnusq; Leo
scribens econtra, demonstrat rationabiliter, Iohannis baptisma non ad eandem pertinuisse vir-
tutem, quod non erat in remissionem peccatorum, sed in poenitentiam. Baptismū Christi in morre
ipsius afflupsum initium, ubi sicut iam dictum est, larus eius parefactū est lancea, & exiuit san-
guis & aqua, & proinde hoc sacramentum in morte & resurrectione eius esse celebrandum.

In quem usum sacramentum eucharistie nobis relatum sit. CAP. XII.

DE sacramento corporis & sanguinis domini certum est, nec assertione nostra indiget,
quoniam passionis vel mortis eius propria quidem & singularis commemoratio sit, & quod
à passione vel morte eius institutum iumperit, vel sumere debuerit. Conditum autem est hoc sa-
cramentum quantum potuit morti vicinus, scilicet eum iam esset ad mortem venditus, & qua
nocte tradebarur. Nobis qui vivimus, & qui residuū sumus, referatum est, & missum est sacramen-
tum istud, in quo sub specie panis & vini latet utilitas mortis & resurrectionis eius. Nam
illa, qui mortui fuerant, fidelibus, modo in illa specie, qua peperit in cruce, factus, vel
datus est cibus. Ita vranima eius ad animas illorum in inferni, & corpus eius ad corpora illo-
rum descendenter, esseq; tribus dæbus & tribus noctibus in corde terræ, in eodem ventre terræ
quo recepta vel allumpta fuerant corpora illorum. De tanto hoc mysterio nunc diuinus tra-
ctare non est propositum, veruntamen ne omnino relatum sit intactum, dicere quipplam libet
de causa, propter quam nobis sit necessarium. Causa haec erat, quia primi homines Deo incre-
duli, diabolo nimis male creduli fuerunt. Quia cum non viderent nisi pomum, quancumlibet
M. iij suave,

Gen. 3.

suauem, redolens aut visu pulchrum, crediderunt in illo esse diuinitatis effectum, crediderunt diabolico, dicens. Nequaquam ita erit, ut Deus dixit. Si comedenteris, morte morieris. sed erit quod dico ego, si comedenteris eritis sicut dij. Contra cibum illum, qui cibus fuit mortis, dictante ratione, nam iustitia dari oportebat cibum aliū, qui esset cibus vita, & simili ordine, ut ieiunes in illi mensa crederet, quod oculus non videret, crederet esse cibum & potū veraciter communicandas diuinitatis, esse effectuum carnem & sanguinem Christi, quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis. Per hanc fidem sibi Deus ab homine satisfactum esse iudicat, dū non minus sibi credit, quam diabolo crediderat.

*Spiritum sanctum primum in remissionem peccatorum, deinde in divisiones gratiarum,
super nos effundi.*

CAPVT XIII.

Datum spiritus sancti, primum in remissionem peccatorum nos omnes credentes accipere, vel accepimus per mortem, vel sanguinem eius, quis nesciebat. Idcirco qua die resurrexit à mortuis, cum esset Iero, die illa flans in medio discipulorum, insufflavit, & dixit eis. Accipite spiritum sanctum. Statimq; subiunxit. Quorum remisit peccata, remisuntur eis. Porro secundum eiudem spiritus sancti datum in divisiones gratiarum, quarum A postolus meminit, scribens ad Corinthios. Alij per spiritum durus sermo sapientia, alijs seruo scientia, &c. die quia quaglimo accepterunt, & eiusmodi dona sunt, de quibus scriptum est. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quorum postiora sunt hæc, quod ipse posuit quosdam quidem apostolorum, alios autem prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores & doctores. Ita sunt consolations paracleti, propter quas abire volens, dicebat illis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum, sed ego veritatem dico vobis. Expediit vobis, ut ego vadam. Si enim non abierto, paracletus non veniet ad vos. Si autem abierto, misericordiam eum ad vos. Quod dicit, si abierto, recte quidem intelligitur, ac si dicatur. Si in exitu ascendero, si meam corporalem presentiam vobis abstulerero. Veruntamen quia non in exitu eius tristari, immo gaudio magno gaudere habebant, sicut Lucas meminit dicens. Et sp̄i adorantes, reuersti sunt in Hierusalem cum gaudio magno. De passione vero tristes fuerunt. Nam quia hæc locutus sum vobis, ait, tristitia impletuit cor et vestrum. Nihilominus recte intelligitur illud abire de passione vel morte sua dixisse. Nam & euangelista ita vult dicens. Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat de hoc mundo ad patrem, Non enim tunc primum ex hoc mundo transiit, immo iam tunc quando mortuus resurgens, cum hominibus conuersari, labore & mundanos pati desideat.

Hac sacramenta neque diabolum, neque impios homines cognoscere.

CAPVT XIV.

Hec tria fieri oportebat, & propter hæc mors eius gentibus erat necessaria, quia iste sunt benedictiones quibus in isto lemme, quod est Christus, erant benedicēt omnes gentes. Hoc ille draco magnus nesciebat, quisnam vel maſculū illum per mortem deuorare se posse sperabat. Nesciebat, inquam, ille, nesciebant hi, quibus praefidebat ille, de quibus vel quislibus sapientia dixit. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excacauit eos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta Dei. Et Apostolus ait. Si enim cognouissent, subauditur sapientia, que ex Deo est, quam & loquimur inter perfectos, nunquam domini gloria crucifixilla. Omnia verum est, quia si cognouissent leuiathan, siue cetus magnus qui in mari est, hamū sub carne jatusse ferret, nunquam carnem ipsam momordisset, quia regebatur ferrī. Sciebat quidem ipsum esse Christum filium Dei, & ob salutē veniente generis humani, sed nesciebat secretum à securis absconditi sapientiae dei constituti, quod de morte unius renasci deberet vita omnium. Sulli ipse sciebat consilium, sed seculis omnibus sic erat absconditus, adeo inopinabile mentibus hominum, ut ipsi Apostoli, cui secretū loqueretur ad eos de his, nihil horū inteligerent, sicut sacra plerisq; locis evangelia perhibent, quia videlicet needum erat tempus illis hæc intelligendi, priusquam glorificaretur ipse gloria resurrectionis.

Draconem septies per impios homines contra Christum insurrexisse, & septimo comprehendens suisse.

CAPVT XV.

Quis porro intelligit, quia intimo affectu sentit, qualis fuerit in mente habitus filii huius maiusculi, ex quo sepedicta mulier eum peperit, toties hinc illo dracone, ut eum posset deuorare, id est, hominibus impensis carnem eius occidentibus, nomen eius delere? Nam si recte numerus, iepreis ore paulo latuit, septem ritus immanes aperuit, & in carceris frustratus, se primo tandem ritu carnem comprehendit, sed malo suo, quia (sicut iam dictum est) ferrum in carne permolestum sentit. Primus namque draconis huius hiatus fuit, ubi secundum Mattheum mox nisi pueri animam (sicut iam superius dictum est) sive iustus Herodes queruit,

& pro-

JOAN. 20.

1. COR. 11.

EPHE. 4.

ISAIAH. 16.

LUC. 24.

JOHN. 13.

SAPIEN. 2.

1. COR. 2.

LUCAS 18.

MATTH. 29.

& propter eum infantes occidit. Secundus fuit, vbi secundum Lucam, cum venisset Nazareth, vbi erat nutritus, & docebat in synagoga, surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt vique ad supercilium montis, supra quem clivitas illorum erat sedis eius, ut praeципiantem eum. Ipse autem transiens per medium ilorum ibat. Tertius fuit, vbi secundum Iohannem, fugit a facie Iudeorum irridentium, cum diceret. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibereis eius sanguinem, non habebitis vitam aeternam. Nam reuera haec dicendo, fugit & abecondit se ab illis, secundum titulum tricliniensem psalmi, qui inscribitur sic, Psalmus David cum commutauit vultum suum, coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, & temporizabat ad ostia porta ciuitatis, & defuebant saliuæ in barbam, & cerebatur in manibus suis. Abimelech ipse est, qui supra dicitur Achis. Interpretatur autem Abimelech, patris mei regnum, Achis vero, quomodo sit, significat ergo Iudeos, quos recte Christus prius appellauerat patres sui regnum, quod signat Abimelech. Nunc autem Achis, ex quo dixerunt, quomodo esse potest in quo coram istis commutauit vultum suum? In eo videlicet, quod veteris sacrificium conuerterit in nouum. In eo quoque saliuæ defluerunt illi in barbam, quod cum diceret, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibereis eius, &c. infantilia videbatur eis verba proferre. Infantilis est enim saliuam emittere. Tunc quoque temporezabat ad portam ciuitatis, quando inuitis & audire nolentibus mysterium predicabat lux passionis, futurum esse sciens, quod credendo aperirent aliqui. Ferebatur etiam in manibus suis, videlicet cum tenes in manibus suis panem & vimum. Accipere (inquit) & comedere, hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus noui testamenti, &c. Atramen secundum Hebreacum veritatem (non legimus), & collabebatur in manibus eorum. Quarta fuit persecutio, quando mulierunt principes & pharisei ministros, ut apprehenderent eum, qui reuersum diceretur eis. Quate non adduxisti eum responderunt. Nuncquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. At illi in intentione perlitentes adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, tentantes, ut possent accusare eum. Quinta persecutio fuit, vbi cum dixisset. Amen amé dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum, tu serunt lapides ut laceret in eum. Sexta, vbi cum dixisset. Ego & pater vnum sumus, iustulerunt lapides ut lapidarent eum. Septima, quæ ultima, vbi collegerunt aduersus eum concilium, nec desisterunt donec cruciferent eum.

Quare dictum sit, sustinui qui simul contristaretur, & non fuit.

C A P V T XVI.

Quis, inquam, in tam distinta colluctatione mortis, spiritum eius mitem, & humilitatem intellegit? Beatus (inquit Psalmista) qui intelligit super egenum & pauperem quem iuxta psalmum 2.108. alterius versiculum, persequatur in luda, persequatur in Iudaico populo draco ille, hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. Nos penè indociles, aur nimis tardi ad discendū a ipso dicentes. Disceite à me, quia misericordia sum, & humilem corde. Super eum pauperem, super eum matrem, & humilem, pro nobis dolentes, pro nobis vulneratum, longè minus intelligimus, quam oportet intelligere. Ecce, inquit propria, quomodo moritur iustus, Esa. 57. & nemo percipit corde. Ipse quoque in psalmo dicit. Et iustini, qui simul contristaretur, & non fuit. Sed nunquid vel beata Maria, cum staret iuxta crucem eius, videns quomodo moreretur, non percepit corde, & non simul contristata est, immo multum percepit corde, mulierum contristata est, & sicut predixerat Simeon, Gladius pertransiit animam eius. Discipulus quoque dilectus, non sine perceptione cordis, non sine tristitia vidit quando moreretur. Ceteri quoque discipuli, quamus relatio eo omnes fugerint, nonnulli fure simul contristati, immo tristitia eorum impluit. Ergo non secundum rationis iudicium, sed secundum doloris vim, qui interdum rationem non admittit, dictum est, & nemo percipit corde, & qui contristaretur non fuit. Et competenter sic dictum esse animaduertit, vbi ad tantam inulantiam arque irridentium multitudinem in qui condoluerunt, praepacitate nullius fuere quantitatis aut numeri. Verum, quia alibi dicit. Circumspexi, & non erat auxiliator quæfuerit, & non fuit qui adiuvaret, & faluastrum nulli brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est nulli, & non est conquestio nullis, sed demonstratio veritatis mea rei, quia nullus omnino eriam si volueret, quis potuit eum adiuvare, siue auxiliari in prælio, siue congressu eiusmodi, vbi veniebat princeps mundi, pectorum antiquus, & præpositus mortis. Nec enim quisquam, qui de illo dicere posset, & in me non habet quicquam. Non erat præter eum quisquam, in quo cum innocentia humane esset, quam diuinæ brachium & indignatio, id est, celus vel fortitudo naturæ.

In Christo duas voluntates diuinam & humanam fuisse, quarum altera mortem soluerit, altera expaverit.

C A P . XVII.

Quid ergo, nunquid auxiliatorem circumspiendo, ita vel tali intentione quærebat, ut non moreretur, qui ad hoc ipsum venerat, ut moreretur? Vt neque sicut erat Deus & homo, sic & duas voluntates, altera diuinitatis, altera humanitatis habebat, sub ipso passus articulo,

M iij

Huma-

Humanitas quippe gustum mortis naturaliter pauebat & refugiebat, & naturali corporia amo
re anima tenebatur, & in carne manere volebat. Porro diuinatus rationabilis iudicio aliud in-
tendebat, scilicet quod ad salutem generis humani necessarium erat, & eius naturae volentes
tem suae voluntati humanitas præferebat, dum in oratione sua premissio, mi pater, si possibile
est, translata me calix iste, continuo subiunxit. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.
Sic ita, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiait. Itaque quidem secundum diuinatus ra-
tionem circumspiciebat querentes auxiliante, sed secundum naturalem sensum carnis vole-
bat hoc ipsum, & quod sancti homines malleant, dicentes cum apostolo, Eo quod nolumus ex-
poliari sed superueris, & absborbeatur id quod mortale est à vita. Nunquid vero solummodo
circunspectit, & circumpicitens adiuuante quiescuit, imò & voce magna clamauit. Eli, Eli, la-
mabachani. Hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Hoe numerum ita recte
intelligitur, ac si diceret. O habitans in me omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, cur te in-
tus contineas, cur me mortuus sis! paulò ante, ubi venetum qui me comprehendenter, vnam
breuiter emulisti vocem, dicendo. Quem queritis, ego sum, statimque abierunt retrorsum, & ce-
ciderunt in terram. Nuper quoque multitudinem in gentem radiando exiit oculus, qui nunc
in morte caligint terruit, & quod infinitus facere non potuerit exercitus, cum uno flagello
facto de relictis, de templo electis, memorando illis hoc propheticum. Dominus mea dominus
orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Ve quid tam potens, tam
fortis diuinitatis verbi, metuam carnem dereliquisti, intus te contineta tanquam gladius, qui
de vagina sua nolit egredi. ●

Quare dictum sit, apud ipsum est sapientia & fortitudo.

CAPVT XVIII.

Hec iam oportune occurrit, quia scriptum est. Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Item,
apud ipsum est fortitudo & sapientia. Dicamus ergo & illud, quia ipse est agnus, ipse est leo
& omnia tempus habent, si & horum, scilicet agni & leonis significata, sua debuerunt habere
tempora. Tempus fuit, quo ut sapientia patientiam teneret agni: tempus fuit, ut fortis emitteret
rugitum leonis, dum se intus adhuc fortitudo conineret, non fuit omnino derelictus, nam sa-
pientia quasi duxit eum consolata est. Quid enim circa te ageretur, nō ignorabat: propere no-
solum discipulos suos reprobaret percutientes & dicentes. Domine, ecce gladii duo iuc: verum-
etiam occurrerat aduertaris & dimittebat se comprehendendi. Neque designatur dominus an-
gelorum ab angelo confortari in agonia factus, & ludando guttas emisit sanguinis in terram
decurrens, & permisit ebat faciem suam à colapizantibus velari, nec reliciebat calamum sibi
ab illudentibus, quasi pro sceptro in manu datum, neque chlamydem eccineam sibi circundi-
tam, neque coronam spineam suo capiti impositam, neque Romanos milites auersabatur sibi
genua flecentes, & cum felito risu sergente ludorum lauantes ille adorantes. Cuncta nāc
hac ludica crudelia, vertenda sibi esse crebat in seria iocunda, atque dulcia.

Quare Christus gladium in vagina recondi iubet. CAP. XIX.

NON possumus fastidium legentium vitates, horum ceterorumque omnium & ipsius cru-
cis, quam proposito sibi salute (vt ait Apostolus) sustinuit eosfusione contempta, praesenti
loco compingere, sicut in sanctis patribus expposita sunt rationes ad comprobandum, quod in
omnibus his magna sit laus sapientiarum, quia apud ipsum est. Vnum est, quod licet iam loco alio
breuiter commemorarum sit, huc præterire non liber, quam rationem habeat, Quod Petrus ex-
imenti gladium suum, & percussenti, Conuerte(ait) gladium tuum in locum lumen, ille quod
dicentibus. Domine, ecce gladii duo hic, Satis est, inquit, & iuxta aicum euangelistam: Sinite vscque
hue. Multum enim ad nostri tenorem propositi pertinet scire vel dicere, quem sensum habear,
quod tali in tempore, tantum in re, duos solummodo gladios demonstrantibus, satis est, inquit.
Denique hoc non idem est ac si diceret. Hiduo gladii sufficiunt nobis, vt amur illis: repugnat
vaide quod vnum ex illis eductum, in vaginam recondi iussit, & sine vscque hue, dixit. Pro-
fecto hanc duo dicta, Converte gladium tuum in locum suum, & sinite vscque hue, secundum in-
tentioneum dicens aequipollentia esse sentimus. & proinde nunc sufficere arbitramur, si causae
reddantur, vel quid respiciens, digne dicere debuerit, satis est, & quid intendes aut volens di-
xerit. Sinite vscque hue. Quid ergo erat, duos gladios ad defensionem sui demofrancibus dicere, fa-
tis est, nulli ac si diceret, antequam ego venire qui promissus fueram, gladio opus erat ad defenden-
dam gentem, de qua sola me nasci oportebat, ne gente illa delecta, sicut diabolus volebat, nō fie-
ret salus quia nunc ex ludibris est, quia verbum promissionis impletum est. Satin est, satis labora-
uerunt, & gladii vis sunt materialibus, qui ante vos extiterunt. Sinite iam, id est, cōuertere gla-
diū in vaginā, vscque hue, subauditur, gladius huiusmodi necessarius erat, ut militaret regno Dei,
donec veniret: quia venit, jam quia verbū Dei intra vos est, gladii cōmunitati sunt. Ex hoc iam
clubus

clibus vel militibus regni Dei, gladius sit verbū Dei, quia de huiusmodi gladio dicebam vobis nunc, qui non habet, vendat tunica suam & emat gladium, id est, exuat se impedimentis & facultatibus seculi, ut vacare possit ad verbum Dei ducendum hunc docendum.

Quid dictum sit, Egredimini & idere filie Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die latitiae cordis eius.

C A P V T X X .

Quid multis morer? Egredimini dicit spiritus sanctus, Egredimini & videte filię Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die latitiae cordis eius. Videte hunc regē sapientię, regē fortę, & experimenio dicit, quin vera sit sententia, quam supra memorauimus de illo, quomodo apud ipsum est sapientia & fortitudo. Conamur sapientiam prædicare in eo patiente & moriente, & deinde de fortitudine aliquid dicere, sed sermo deficit, res autem diligenter contemplanti animo magis ac magis supereredit & effulgencit. Videte hunc regem coronatum, videte in manu eius sceptrum, videte vestem purpuream, videte salutantes, videte Romanos adorantes. Nolite hoc solū videre in corona eius, quod lumen sit, videte in spina illius illud, culus præparatoris spinæ sunt, corona glorie & honoris, sicut Psalmista cecinit. Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Videte nō solū calsum pro sceptro datum, sed videte tem̄ veram, cuius illud est præfigurum, scilicet summum coli & terrę imperium, quia cum calamo illo, propter calatum illum die ipsa data est illi omnis potestas in celo & in terra. Videte non solū purpuram illam manus, tam irrisorie circulopitam, sed in purpa illa meditamini purpuream ecclesiam sanguine illius emundatam, sanguinem suum pro illo susurram. Et in illis Romanis potestatis militibus cum risu genua flecentibus, cum riu vel ioco adorantibus. Videte quid porrundatur, & illius tacens cogitatus sonet in cordis vestri auribus, velut si dicat. Vix ego, quia miseri incurvabimur Romanii imperij genu, & confitebitur lingua hebraica, lingua græca, lingua larina, me regem esse Iudaorum, in me & regem regum, & dominum dominium, nec erit irriterum, quamvis cum ironia, quamvis cum hostili irridione scripseritis, Iesus Nazarenus rex Iudaorum, id est, Salvator sanctus, rex omnium Deo constitutum. Talem videntes regem Salomonem, leito illum fusile diem desponsationis illius, & diem latitiae cordis eius, Desponsationis quidem eius, qua libi eccliam per suum sanguinem despoticavit. Desponsationis multum differens à desponsationibus carnis, sive huius feculi, quomodo illa à voluptate inespuncta, & in dolore desinuit. Ita autem desponsatio incepit à dolore, ut diceret, Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me, & perficitur in eterna voluptate, & latitiae cordis eius, qua post dolorem inundantem dixit, Consummatum est.

Quid sanguineus sudor portenderet.

C A P . X X I .

Quid porro videbitis in agone eius, in sudore eius, qui eo prolixius orante, factus est sive guttae sanguinis decurrentis in terram? Quid in caneo miraculo videbitis? Non enim tantum miraculi, quod de vulneribus eius sanguis effluxit, quia solutum est, naturale est, vulnerata carne sanguinem fluere. Hoc insolitum est, supra naturam est, integra carne, sana eute, sanguinem pro sudore de toto corpore in terram decurrende. Miraculum rei magis attentione facere vos debet, ut videatis, quid nam sit. Quid ergo est, nisi vehementer Iudaicæ perfidias accusatio, nūl territoriali populi patricidæ? Accusatius (inquit Apostolus) ad mediatorum Iesum, & sanguinis aspersiōne melius loquentem quam Abel. Quod fecilli & dominus ad Cain. Vox languinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os tuum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, vagus & pro fugo eris super terram. Quod illi Cain pro illo ā bel dixit, non diceret idem Deus Iudeus pro filio suo, videns eum languinem agonizans, & in agone prolixè orantis & sanguinem meius clamantem, melius loquentem, quam Abel, sicut Apostolus dicit. Verè igitur tantum miraculum sudoris non onus sum, quia contra infelices & impios homicidas Iudeos in praesum iudicij terribilis & vindictæ horribilis in terram decucurrit.

Quare dictum sit, cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.

C A P V T X X I I .

In omnibus his suum sapientiam, quae apud ipsum est manifestè gessit officium, latitare, & non tamen ostio, & le corrente intus fortitudine, quis similiter apud ipsum est, sicut predictum fuerat in Abacue. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Cornua que erant in manibus eius, brachia crucis intelligimus, quibus confixerant manus eius. Quomodo ibi erat abscondita fortitudo eius & videlicet ubi nulla putabatur esse fortitudo eius.

Denuo

Abacue. 3.

Hebre. 12.

Genes. 4.

Psal. 81.

Matt. 19.

Matt. 17.

Iacob. 19.

Genes. 4.

Denique hominis fortitudo maximè pollet in brachis, & in manibus eius, ac ille confixus in cruce pendebat manibus. Videbatur ergo, quod nulla esset fortitudo eius, sed nonnulla erat, immo magna erat, iamq; abscondebat operabatur. Iam draconem eum devorare le putauit, den-
tes inuisibiliter confringebatur, & gutturas eius bararatum, qualib; hamo ferre stran-
gulabatur. Operationis huiusmodi signa quedam visibilia statim claruerunt, & nos Deus au-
ribus nostris audiuiimus. Nam illo emitente spiritum, cccc vclum templi scissum est in duas
partes à summo usque deorsum, & terra mota est, & petrae scissa sunt, & monumenta aperta
sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exuentis de monumentis,
non quadam ante, sed post refectionem eius venerantur in civitatem sanctam, & apparuerunt
multas. Verba deliciun, cum de fortitudine verbi loqui cupimus. De fortitudine verbi, quod
erat & est illo spiritu sua anima, quam mortiens emisit Christus Iesus. Cur aut verba deliciun,
nisi quis non sentitus, non sentire mererum, quam validum, quomodo validū si illud verbū
Imo & si aliqui sanctorum, verbi illius senserit attractum, quibus verbis enar-
rate poterunt. Hoc igitur nunc tamen dictum sit, quia tunc pro re verbum validum, ver-
bum Deus infrenuit in spiritu vel anima aegrediente de corpore Iesu, & infernus increvit ve-
niente spiritu illo Iesu, veniente cum verbo libi unito anima Iesu, cuius videlicet verbi forti-
tudinem luctuere non posset, nisi qui eius habet amorem. Nam hinc est, quod Psalmista dicit.
Sicut exira fluxit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.

Quid dictum sit, Catus leonis India, ad prædam filii misericordisti. C.A.P. XXIII.

Gens. 49. *F*eliciter super hac re sermonem nostrum, sermonem inualidum, propheticum patriarchæ Iacob præconiū. Catus leonis Iuda, inquit, ad prædam filii misericordisti. requiescens accubuitis ut leo, & quasi leona. Quis suscitabit eum: Iuda, quod interpretatur consilio. Christus Iesus est consiliorum nostrorum princeps, ortus de tribu Iuda. Ille est catus leonis, id est, filius Dei fortissimi. Agnus fuerat eatenus, & sicut ovis ad occisionem ductus, sed ubi consummatio est, quiquid secundū similitudinem agni aut ovis eum pati oportebat, statim infrenuit idem catus leonis. Nam ad prædam filii misericordisti, ad prædandum inferni inualidum. Primum expolium, quod ait de predator mortis inferno ablutus, Iago ille fuit, qui cum ad ipsas iam appropinquaret fauces inferni, una breui confessione retenebas ab illo auditum. Amen dico tibi, ho-
Zec. 23. die mecum eris in paradiso, quantam proximū ad prædam sic incipiendo ascendit. Quis præ-
Zec. 9. ter illum potuisset educere de inferno tot electorum millia, iuxta illud Zacharie prophetæ.
Tan. 12. Tu quoque in sanguine testamenti tui emissi vincitos tuos de lacu, in quo non est aqua. De-
siderabilis prædo reddens vitam, quos abstulit morti, reddens celo, quos eripiuit inferno, hoc nō
in incerto ciens futurum, Ego, inquit, si exaltebas fuero à terra, omnia trahiam ad meipsum.
Cum dic ut omnia, iubintelligimus electa, siue omnem potestate in celo & in terra. Nam pro-
pter passionem mortis gloria & honore coronatus, propter patibulum crucis, iudex viatorum
& mortuorum est coniunctus, & omnia subiecta sunt sub pedibus eius. Ecquid adhuc rebellans
inimicus eius, sine dubio sentient actu, quod iam potestate sunt sub pedibus eius. Unde Apofosis
Iesus, cum posuisset hoc pialmi testimonium, futurum ait, de quo loquitur. Nunc autem nec-
dum videnuis omnia subiecta es.

*Quid dictum sit, requiescens accubuitis ut leo, & quasi leona: & quam necessarium
fuerit, ut mortuus non carceret sepultura. C.A.P. XXIV.*

Gens. 49. *R*equietens (inquit) accubuitis ut leo, & quasi leona. Consummatum negotio, mox ut dicto
consummatum est, spiritum emissisti, requieuiti à laboribus tuis, requieuiti cum præda,
quam cepisti ex inferno. Latronem quoq; pte confessum habent tecum in delicia paradi. Ibidem
sunt spiritus requiescente, caro quoque in sepulchro requieuit. Num parva, aut parvus pendens
est pars requietoris, requies sepulchri, nisi requies corporis sepulchri? Non vtique parva, sed ma-
gna, multumq; omni humano generi profusa. Oportebat namq; per triduanam defuntam, & per sepul-
Dent. 21. turam viuis iusti, corporum quoque resurrectionem nobis omnibus comparari. Caufas
istam ritè perpendenti, valde placere debet consilium verbi domini, verbi quod taliter in
lege præcurrit per os Moysi. Quando (inquit) peccauerit homo, quod morte plectendum
est, & adjudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed
eadem die sepelietur, quia maledictus a deo est, qui pendet in ligno, & nequaquam contaminat
terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem. Quenam est intentio
legis, immo spiritus sancti, tale per legem decretum decernentis nisi ut dum ex legi præcepto
sepeluntur omnes, quicunque fuissent in patibulo appensi, quantumcumque rei, quantumvis morte
digni, consequenter istum quoque, cuius sepultura mundo erat necessaria, non licet insepulta
relinquat. Alioquin cur de lapidatis, tuncalia quacunque vi propter scelerata sua peremptis
omnino

434

omnino taceret, & solis in patibulo appensis sepulturæ beneficia decerneret. Similiter considera, quām sapienter hanc ipsam ne impij viderent, intentionem abscondit, dicendo: Quia maledictus à Deo est, qui penderet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem. Quid enim? Nunquid terra, quam hic intelligunt impij magis infespulit quām lepito, & in ventre suum receperit corpore aliquo poteat contaminari? Ergo loīeph iusto dictum exissima. Sepelies eum, quod fecit, & nequaquam contaminabis terram tuam, scilicet carnem Christi, carnem deiheram, in possessionem resurrectionis, & vite tibi datam. Non contaminabis (inquit) id est, non relinquas infespulit, ne contamineris, aut indignè habeatur aliquo accessu indignatum eiusmodi qualiter in sepulturæ corpora solente astrectari. Et illi quidem insipientes, & maligni nescientes sacramenta Dei, sepeliti illum, quod morientibus etiam sanctis optabat erat, arquantim tulerunt, contenti esse eisse illum, quasi maledictum, lege dicente, quia maledictus à Deo est, qui penderet in ligno, sed fustificatur sapientia a filiis suis, quia bene consulta lex sapientia facta fecit, quod non propter peccatum, sed propter culpam quemadmodum sub maledicto constituitur. Non enim hic solus post in causam posuit, culpam praetulit. Præmisso namque quando peccaueris homo, quod morte plectendum est, tunc deum subiunxit, & adiudicatus mortis, appensus fuerit in patibulo. Sed & illud non leviter attendendum, quod taliter dixit, Quia maledictus à Deo est, qui penderet in ligno, quamvis Apostolus Gracis scribens, & pro necessitate temporis translationem septuaginta interpetret, quae apud illos famulum accepta fuerat, sequens dixerit. Maledictus omnis, qui penderet in ligno.

Quid dictum sit, maledictus à Deo, qui penderet in ligno.

CAP. XXV.

Satis liquet, quia translationis virtusq[ue] nonnulla distanciam est, sed quanta ex tribus literis dicitur, sicut in Hebraico habemus à Deo, & substantium verbum eiusque in Graeco non habetur. Itaque quid de maledicto senserint impii, volentes in filio destruere laudem, quam ex ore meo *Psalm. 107.* fantasii & lactantium audierant predictam versiculu psalmi centesimidecimuleptimi. Ofanna, *Ioban. 12.* benedictus qui venit in nomine domini. Nos quidem scimus, quia sic senserunt, quomodo sentire voluerunt, quos execravit malitia eorum, sed nihilominus in laudem suscipiamus quod dictum est. Quia maledictus à deo est, qui penderet in ligno, ut sit sensus. Omnis quidem qui peccauit, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti, penderet in ligno, maledictus est, subiungitur à peccato suo. Hie autem unus iustus, qui adiudicatus quidem mortuus fuit, & in ligno pendit, sed quod morte plectendum esset, non peccauit, itmo nullum inquam peccatum fecit, non à peccato suo maledictus, sed à deo satis est afflictus tanquam maledictus, id est, tanquam peccator, & non quidem verè peccator, sed verè peccata portans omnium. Quia (inquit Eliaias) posuit in iniurias omnium nostrum. Ad summum hoc dixerim, non facilè in latere scriptura posse reperiiri, quod signanter quisquam maledictus à Deo esse dicatur, præter hunc locum ubi sic dictum est, maledictus à Ieo, qui penderet in ligno. Quod si illud oblitus quis, quod ad Cain Deus idem dicat. Nunc igitur maledictus eris super terram, sive ad ipsum serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus eris inter omnia animalia & bestias terræ. Scendum, quia nusquam additum est à me, cauteq[ue] discernendum, quod alius sit maledicere, aique aliud maledictum demonstrare. Solum namque peccatum maledictio est, quod vtique à deo non est, igitur qui maledictus à deo est, iuxta hunc sensum unus est, in quem (ut iam dictum est) posuit Deus omnium nostrorum iniurias, quae veracker sunt maledictiones, commutatione facta, commutatione gratiofa, ut nostras portans vel suscipiens super se maledictiones, suam beneficitionem daret, quod verè à Deo est.

Quid dictum sit, mulier cum parit, tristitiam habet, & quod Christus in sepulchro sabbatizaverit.

CAPVT XXVI.

Intraea deuoratus esse putabatur filius masculus, & super hoc tristitiam habebat sapientiam mulier, quae illum pepererat, & contrastabatur penè inconsolabiliter in paucis illis, qui adhuc in carne vivabant, quicq[ue] illius beatæ mulieris pars magna, quamvis pauci numero, existebant. Quapropter ipse prædixerat illis tristitiam ipsorum bono sine consummandam, sed *Ioban. 16.* cundum similitudinem hanc. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Nam ad quid hoc dixerit, confessum exposuit. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem video vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tolleret à vobis. Deuoratus (inquit) esse putabatur, & illis tristitiam habentibus, homicide illi membra viaque draconis sapientia gaudebant, & fortassis sicut aliæ de eiusmodi scriptum est. Gauden-

Gaudentes munera mittebant lauicem , quoniam iste prophetarum maximus cruculauit eos , nam grauis erat ille etiam ad videndum . nile autem mortuus & sepultus sic iacebat , ut etiam lapide signato , lapide valde magno super eum posito , puteus sepulchri eius esset clausus & obstruens ne resurgentem , ne vel illuc anima introire ad corpus , aut etiam si reuixisset , posset inde prorepere corpus , adhibitis etiam custodibus propere discipulos eius . At ille habicans in celis , irridebat eos , & sublaminabat eos , sed interim fabbarabat , id est , requiecebat ut leo , & quasi leena , securus de præda sua , quia mortuos criperat , & mortem captiuam renebat . Ut leo (inquit) & quasi leena , nemirum , quia Deus & homo in una eademque persona secundum diuinam naturam leo , de quo & aliib scriptum est : Leo rugitur , quis non timebit et dominus Deus locutus est , qui non propherabit ! Porro , secundum naturam humanam paulo ante ovis , dum duceretur ad immolandum , nunc autem ex quo dixit : Consummatum est , iam leena erat , legena fera que catulus suus , id est , omnes electos , quos aeternæ viæ suo sanguine pepererat , in cuiusibili suo , componebat , in paradiſo suo lactabar anima fortis & libera , statim post fabbatum ad carnem suam reditura , eamque catulus suis reportaria , cuius de visione numerum caruas illis copiosior manare habebat , & nunc manat vitalis lactis alimonia . Putrum erat inerit , illud fabbatum in filium recipiens , de quo in creatura mundi scriptum fuerat . Et requieuit Deus die septimo ab omni opere suo quod patravit . Qui tunc sex diesbus creaturam mundi perfecit , & septimo requievit , ipse est qui prima fabbat , quam dominicanum diem dicimus , ciuitatem ingressus , & sexto die randem mortuus ob regenerandam creaturam humanam , sepeima die in sepulchro secundum carnem requiecebat , in paradiſo requiecente anima .

*Exurge gloria mea , exurge psalterium & cithara , de Christi resurrectione ds-
cenum eſe.*

C A P . XXVII .

Ioben . 12 . **V**enit hora , de qua dixerat ipse quodam loco Iudeus : Venit hora , ut clarificetur filius hominis . Venit (inquam) illa hora cum praenōio verbi ex ore patria perfonantis in David . Exurge gloria mea , exurge psalterium & cithara . Quod erat illud Psalterium , vel quæ cithara ? Vnum idemque corpus in sepulchro quicquidens erat psalterium , erat cithara . Erat cithara quam differtissimæ charitatis fidibus perfonantem , dulcesq; prædicationis sonos modulantem Iudei confrerebat . At illa fractura cithara illi causa siebat augmēti , cauſa succellus optimi , ut surgeret psalterium decachordum . Id est , psalterium dulcissimum , nunquam frangēdum , semper confessionis in populis , & psalmi in gentibus vocem daturum , cuius chordas manus nulla viterius rumpere posset , cuius ligni compages deinceps nulla via frangere præuleret . Iuxta quod ait Apostolus : Christus resurgens ex mortuis , iam non moritur , mors illi vitra non dominabitur . Hæc est gloria Dei patris , quia videlicet in hoc opere suo , per magnam gloriantur abundantiam charitatis . Exurge igitur (inquit) o gloria mea , exurge psalterium & cithara . Hanc parrisi vocem , hanc verbū intentionem nunquid non audiebat , nunquid non sentiebat anima illa , sic eidem verbo velut sponsa sponso interminabilis osculo coniuncta , irremissibilis complexus connecta ? Planè audiebas , plenariè sentiebas . Quippe quæ verbi eiusdem omnia plusquam matrimoniali ure nouerat , omnia capiebat . Respondebat itaque cum gaudio . Exurgam diluculo . Quid eiusmodi responsio iucundius ? Quid ita respondens corde patavisse . Non ergo cauſa nos lateat , cur principium eiusdem psalmi taliter in persona eius intonuerat . Paratum cor meum Deus , paratum cor meum . O cor quæm delectabiliter paratum , quæm libenter arrectum ad suscipiendum diuinitatis Imperium , dulce Imperium dicentis , exurge . Deo nique hoc est paratum habere cor , ita respondere , exurgam diluculo . Nunquid vero ad hoc solū erat , vel fuerat paratum eius cor ? Nemirum & ad obediendum , ut moreretur fuerat paratum cor . Omnino fuerat paratum cor , corpus suū dare persecutentibus , & genas suas vellentibus , faciem suam non auertere ab increpantibus & conspicuitibus , & omnia sustinere vique ad mortem , mortem autem crucis ! Ego autem (inquit) non contradicto , retrorsum nō abi . Decēbar itaque esse paratum cor illud ad respondendum , exurgam diluculo , quod fuerat paratum ad obediendum parrisi non parcenti ei propere nos . Non ergo (inquam) cauſa nos lateat , cur ita intonuerat psalmi principium , paratum cor meum . & cur non contentus semel dixisse , dixerit & semel & iterum . Paratum cor meum Deus , paratum cor meum .

Vir obediens loquitur victorias , de Christo dilectum esse .

C A P . XXVIII .

Philip . 3 . **I**gitur vir iste , nunquid est ille de quo Sapientia dicit : Vir obediens loquitur victorias ? Deinde & si iuni vel fuerunt viri multi obediens filii , isti vnu vir , vnu & singularis cui nō fuit , nec est , nec erit alius similis , aut obediens in re simili vel pari . Hic solus in eo vir obediens est , quod nullum omnino habens peccatum , humiliatus seipsum per voluntatem patris propter peccata aliorum , & vsque ad mortem se humiliavit , mortem antem crucis . Proinde debet eum iam obediens virum loqui victorias , & ecce loquitur eas locutione incellabili , locutione sempiterni

sempiterna. Cuiusmodi est locutio illa, profecto valde clara, valde sonora, quia ipsa est dicens strauo plagarum fumarū, quas in ipsa fuicepit obediētia. Quinque plagæ eius quasi quinq; lingue sunt: plagarum fumarum cicatrices idcirco in corpore suo retinuit & reteruauit, ut vitorias suas semper loquatur illis quasi linguis. Cui loquitur? Reuera primū Deo patri, deinde angelis & hominibus, sanctis omnibus, eieciis omnibus. Videt pater Deus, & pulchritudinē vitoriarum testimonijs delectat. Vident angelis, & ad laudē & gloriam excitantur. Vident homines redēptos, & gratiarum actiones irremissibiliter extunduntur.

Quinq; vulnra Christi esse signacula Iustitiae. CAP. XXIX.

Dicitur cum Apostolo, & dicentis A postoli sensum intelligimus, quia pater Abraham *Genes. 22* accepit, & posteris suis tradidit signum circuncisionis, signaculum iustitiae fideli. Crediderat enim, ut fidei, deo dicenti: In semine tuo benedicenter omnes gentes, cum non habere filium, jamque esse senex ipse, & vxor eius annus & steriles. Magnæ rei testimoniū, magnū illa circuncisio erat fidei signaculum, & magnæ iustitiae palmam ipsi, & posteris eius declamabat ante deum, sive promissionem communificans eum, ne vñquam offensus vndeliber subterfugaret dare semen, in quo benedicenter omnes gentes, dum signaculum illius promissi communitorium videret, fidelemq; ac veracē ipsum esse dicere. Ecce autē plura hic signacula, signacula iustitiae ac fidei, scilicet plagæ quinq; quae pro conditione salutis humanae, iste vir obediens suscepit, vir iustus & fidelis. Pro conditione (Inquam) salutis humanae, quia profecto talem conditionem propositam sibi propheta nō neciebat ipse. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longazum, & voluntas domini in manu eius dirigitur, pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabilis ipse iustus seruos moeos multos, & iniquitates corum ipse portabit. Nonne igitur nobis posteris eius iure palmarum iustificationis & salutis sive salvacionis iusta diuinitas concedit, cum videat non vnum tantum signaculum, aut signacula iustitiae vulnus, ut fuit vulnus circuncisionis, sed quinque vulnera iustitiae vel fidei nos in baptismo iuuauerit suscepimus, quae ipse poenitenter suscepit, & sicut cum vni us signacula, id est, circuncisionis testimonio expectabatur, ad redimendos homines venturus, ita nunc à nobis cum quinq; plagarum, id est, crucis fratribus nostris imprefixa signaculo, exspectatur, ad iudicandum viuos & mortuos rediturus.

D Y O D E C I M I L E B R I F I N I S.

R V PERTI ABBATIS TVITI- ENSIS DE VICTORIA VERBI DEI,

L I B E R D E C I M Y S T E R I V S.

Quomodo raptus sit filius mulieris ad Deum & thronum eius.

CAPVT I.



Cec quomodo illius est draco iste, qui per tot annos, per tot generationes *Draco quo* stetit ante mulierem, que erat paritura, ut cum peperisset, filiu[m] eius deuoraret. *modo illius* illius est, quia quem paritura erat, mulier peperit, & raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius. Quomodo raptus est? Quis cōd̄ rapuit? Raptus est soluti[u]m doloribus inferni, luxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Rapuit eū Deus, sufficiens eū Deus, dei verbum rapuit eum ad patrē deū. Vnde rapuit? De claustris inferni, de sub grandi lapide sepulchri. Subrū lapidē misit Deus manū suū, inrulite Deus verbū suū & rapuit corpus illud, corpus rediuum, tam facile de clauso, quam facile porusset rapere de nō clauso vel patente sepulchro. O stupē & cœci, qui dicebant se cognoscere Deū, & posuerunt lapidē conera deū. Si enim cognouissent dominum Deū, nunquam vñ lapidem nutui deī resistere posse sperasset. Et (siebas ille) pater meus, qui glorificat me, quē dicitur, quia Deus noster est, & non cognovist eum. Sed redeamus ad rē.

Quid sit raptum esse ad Deum & ad thronum eius, & quid sit illud: Paulus apostolus, non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum.

CAPVT II.

N

Raptus

Raptus est (inquit) ad Deum & ad thronum eius. Duo dicta sunt & dici debuerunt, quia ad Deum raptus est, & ad thronum eius raptus est. Nam & resurrexit, & in celo ascendit, Resur gendo ad Deum raptus est. Ascendendo in celo ad thronum eius raptus est. Denique resur gendo factus est carne, ut erat diuinitate immortalis arque impensis, & consumata est eidē carni habita in ipsa plenitudo diuinitatis tali firmamento, ut meminist. Apostoli, quia resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Proinde tamen non soli secundū verbi diuinitatem, verum etiam secundum semetipsum alius umpta humanitas predicatur Deus, si cur ex eodem quoq; apostolo comprobatur, ita scribente Laodicensibus, Paulus apostolus, nō ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum. Quid enim, si non per hominem, sed per Iesum Christum nonne consequitur, quod Iesum Christum, quo reporto vocavit eum vel sic est apostolum, dicit corpori iam non esse hominem, sed esse Deum? Non tamē autem patres orthodoxi hoc dicendo, hominis dementia naturam, sed confitunt superabundantem humanam naturam diuinam gloriam. Nam ex quo resurrexit Iesu Christus, vere quidē est, ut erat homo natura, sed Deus est gloria. Porro quod astantis discipulis, allumptus ab ea ascendit in celum, & sedet à dextris dei, quid est, nisi raptum esse filium ad thronum dei?

Rapto illo ad Deum, & ad thronū eius, nondum penitus impletam esse promissio nem, In semine tuo benedicentur omnes gentes.

CAP. III.

Igit lux a fidei elem. atq; humilem confitentis & penitentis David orationem, iustificatus es Deus in omnibus sermonibus tuis, & vincis cum iudicaris, quia sicut iurasti illi, veritatem fecisti, & non frustratus es tuum, quoniam raptū est semē eius ad te, & ad thronū tuum. Porro quod iurasti ad Abraham, nōdum vñq; ad consummationē perfecteras, promissionis nāc, imō reprobationis ad illum fermohic erat. Per me misericordia iuravi, quia fecisti rē hanc, & nou peperisti filio tuo unigenito proper me, benedicam tibi, & multiplicabo semē tuum, sicut stellas coeli, & velut arenam, quae est in litora maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti vocī mea. Equidē cuncta haec præter vnum adimplerat erat. Iesu Christi semine Abraham suscepit in celo ad dei thronū, quia revera in sanctis patriarchis ac prophetis multiplicata sum fuerat semen Abramis, sicut stelle coeli. Nam ipsi sunt stellæ, quas idē aeternus filius Christus eleuatus in celo secū rulit, & possidebat illud semen portas inimicorum tuorum, scilicet malignorum spirituum, quemadmodū dicit: Et sui mortuus, & ecce sum viuus, & habeo claves mortis & inferni. Veruntamē pars magna restabat, pars nobis optabilis & necessaria, quae nobis gentibus talis enificatione semel & iterum reposita est: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Ad hanc partem perficiēdam, apostoli duodecim electi fuerant, atq; referuari, ipso dicit: Si ergo me queritis, linite hoc abire. Ut a diligenter servetur sermo (inquit Euangelista) quem dixit: quia quos dedidi mihi, nō perdidi: ex eis quoniam. Vbi nō hoc dixerat? In ipsa cena, paulo ante ipsam horā, qua cum cōprehenderetur, reliquo eo, discipuli oīs sagerunt. Quos dedidi mihi (ait) custodiui, & nemo ex his perire, nisi filius perditionis: ita timique subiunxit: Ut scriptura impleteatur. Quod quamus ita recte pollicie intelligi, idcirco vel illi unus perire, ut scriptura impleteatur, quia non tacuit de perditione eius. Attamen secundum præsentem intentionem magis placet sic intelligi, ac si dixerit: Iecircus alios custodiui, neque quāquam periret ex eis, & iunt omnes incolumes, non solum secundum animam, verum etiam secundum corpus, ut sint per quos scriptura impleteatur, per quorū ministerium benedictio cunctis gentibus in eis inveniatur. Abraham promissi a impendatur. Quibus ex sacramentis & unde sumptis euilem benedictionis opus peragendum esset, & nunc vñq; peragatur, iam superius dictum est. Nunc restat dicere, quā in iure & reliquiā dracone expedīto, in hac quoq; operis vel propositi sui parte viserit verbi incarnationis omnipotens diuinitas, diuina omnipotētia, deos gentium in spiritu sancto ejiciens, qui omnes erant & sunt demona.

Quomodo mulier in solitudinem fugerit.

CAPVT III.

Et mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a deo, ut ipsi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prælium magnū in celo, Michael & omnes angeli eius prælibabantur cum dracone, & draco pugnabat & angelii eius, &c. Mulier postquā filius eius malculus raptus est ad deum & ad thronum eius, fugit in solitudinem, id est, postquā Christus ascendit in celum, mater eius, id est, pars illa genitrix eius, ex qua ipse est secundum carnem, scilicet apostolica, sive apostolica perfectionis ecclesia, de ludore collecta, cuncta, sicut apostolus testatur actus, reliquiā seculi negotia, ita ut nihil suū quāquam esse diceret, sed erat illis omnia communia. Hoc nanc̄ est fugere in solitudinem, omnes præter victimam & vestitum relinquerent carnis curam vel seculi sollicitudinem. Qui eiūmodi erant & sunt, opus habebant vel habēti de communi elemosyna diebus mille ducentis sexaginta, euangelij causa, sive ipius domini exēplo, qui tot diebus euangellum prædicat cum discipulis suis, vixit de euangelio, & ali initio corporeum

cepsrum est præsum hoc, de quo dicit: Factum est præsum magnum in celo. A postoli namq[ue] & quorū erant apōstolicē paricipes gratia, pleni gratia & fortitudine, pleni fide & sp̄itu sapientie, contra draconem quasi in celo superbiens, magnū sumpere præsum, euntes in mundum vniuersum, & omni creaturā predicantes euangelium. Hoc nimirū erat, fieri præsum in celo, id est, in illis, qui ad hoc præordinati vel prædefinati fuerant, ut cœlum vel sedes fierent Deo creatori suo. Nam cum in illis vel super illis regnaret draco diabolus, diuinos ab illis honores exigens tanquam Deus, cum ab illis in templis vel simulachris coleretur, fuitus purabat se esse in celo, simil emque esse altilissimo. Et hoc agebatur, ut ipse depulsus ab aris, protractus ex delubris, primū de hominū mentibus errore deceptus locū daret Deo, sicut olim factum est, quando propter superbiā de superiori atq[ue] inuisibili projectus est celo.

Quomodo Michael & angeli eius pugnauerunt contra draconem.

CAPVT V.

Aps. 12. Cuiusmodi præsum illud fuit, quales, vel quomodo acies conterat inuicem steterunt, qualib[us] armis dimicauerūt, attendamus grande magni huius præsum miraculum: Michael (in-
quin) & angeli eius præliabantur cum draconem, & draco pugnabat & angeli eius. Quibus armis
instructi prælia bantur illi: pugnabat illi Nimirum isti, scilicet, Michael & angeli eius, armis
virtutum coelestium: autem legibus regum, decretri imperatorum, furore gentilium, leuis
manibus carnificum. Taliis inimicis draco pugnabat & angeli eius. Illi autem, Michael
& angeli eius, ut ad ministratōrēs spiritus, admittantur ab euāgeliū predicatoribus omnino-
dam operationem virtutum, ut in nomine Christi dæmonia evicerent, serpentes tollerent, super
ægros manus imponeant & benē haberent, mortuos quoq[ue] suscitarent, cætera quoq[ue] signa fa-
cerent, quæ cung[ue] necessaria vel idonea viderentur ad sermonis confirmationem. His itaq[ue] pre-
stantibus draco pugnans & angeli eius, non valuerunt, neque locus inueniuntur eis eorum amplius
in celo. Nullum quippe ex eis retinere potuerunt, qui ad vitam præordinati fuerant. Quamvis
corpora illorum occiderent, persuasib[us] illis reges & pontifices, reges impi, pontifices mortuo-
rum mortui, quam multe pro dæmoniis, ne dicam suis d[omi]nis simulantes, poenit innumera bilibus cor-
pora disperderent, animas Christi lacerare non potuerunt, dracōne ve & angelos eius iuuare,
quoniam de illo quoq[ue] celo vieti ruerent, id est, cultum quasi diuinæ religionis amitterent. Inde eti
vox illa, vox laudis magna, quam audiuimus in celo, id est, in eccl[esi]a. Nunc facta est salus, &
virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia projectus est accusator fratum no-
strorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illi pro-
pter sanguinem agni, & propter verbum testimonio sui, & non dulcēprune animas suas vix ad
mortem.

Quomodo draco projectus in terram, misericordia aquam de ore suo.

CAPVT VI.

Aps. 12. E T postquam vidit draco, quod projectus est in terram, persecutus est mulierem quæ pepe-
rit masculum. Ac deinceps: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flu-
men, ut cam faceret trahi à flumine. Quando, vel quomodo vidit draco projectus se esse in ter-
ram & Nimirum quando Romanū imperatores, taliū veteris idolatrie cultu prosano, regno
Dei nostri & potestatis Christi eius se ludebiderunt, exercitū reges terrarū & principes cum sub-
ditis sibi populi Christiani effecti sunt, tunc vidit draco, tunc sensi diabolus, projectus se esse
in terram, id est, non habere se vires ad defendandam sibi vanam affectatā & diuinatatis gloriā.
Mutauit ergo persecutio modum, & aliter persequi coepit, quām eatenus persecutus fuerat
mulierem, quæ peperit sūlum masculum, id est, eccl[esi]am, quæ iuxta promissionē predictas de
carne sua protulit & hominem Christum, quāvis enim quodam respectu altera sit eccl[esi]a gen-
tis vnius liradicis ante Christi adventum, & altera de gentibus post Christi adventum, vni-
tamen & vniā est secundum fidem eandem eccl[esi]is præcedentium atq[ue] subsequentium ludox-
rum atq[ue] gentium. Quomodo persecutus est eam & Misit aquam de ore suo tanquam flumen, ut
eam faceret trahi à flumine. Hoc idem est, ac si manifesstius dicat, quia dogmata adinueniūt hæ-
retica, per quorū tergiuersationes corrumpetur fides eccl[esi]istica. Ita esse, ut dicte, nō du-
bitat, quī quis eccl[esi]isticus aut nouit aut legit historias. Artiu[m] har[ea]ficiaria notissimus, quid
nisi os serpentis extitit, quo tempore ad fidem Christi confugerat filius Helenæ Constantinus.
Per illud os suum misit serpens aquam tanquam flumen, id est, pellim[us] hæreticos dogma, tanquam
sermonem viuum & efficacem, & de viuo scriptriarum fonte profluentē. Non ille primus aut
solus tali modo serpentis, sed omnium per quos serpens ille abundantiam iniquitat[is] sua pro-
fudit, ceterum atq[ue] nocentissimum extitit.

*Quomodo aqua eiusmodi primū occulte irrepens, deinde per incrementa
vires capiens, per quatuor partes orbis se extenderit.* CAP. VII.

Hoc malum huic tam peruersi dogmatis monstrum, primū occulte irrepit, deinde per incrementa vites & aplois, per quatuor partes orbis, orientem, occidentem, septentrionem, atque meridiensem extensis, Asiam, Europam, atque Africam penit repletus, & contra fidem catholicam gladiis quoque regum & imperatorum sefe armavit, mulrumque sanguinem plorum bestialiter effudit. Hoc scriptura innuit & videtur, dum in ista causa diaboli patrem medici primō serpentem, deinde ut etenim fecerat, appellat draconem. Sic enim ait: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, & deinde aperuit (inquit) terra os suū, Arriana & absorbit flumen, & itatus est draco in mulierē. Primo namque heresia perfida, ut hæc Arriania, dogmatizans minorem patre sūlum, minorem esse filio spiritum sanctū, clanculō apud Alexandriam suborta, per discipulos vel complices Arrii, Lubricis flexibus & sophistis anfractibus sefe commouit, deinde in publico ad auditum populi prolatō capite libilauit, & resistente nequitur illius Alexander præsule, ad vicinas ciuitates, ciuitatumque præfules aquam doctrinæ nequam de ore suo profudit. Non verē flumen, sed tanquam flumen, id est, eloquentiam quidē siue loquacitatem copiosē redundantem habens, sed fontem veritatis nelicens, scripturarū vocibus abutendo. Ac per hoc similebus fluminis, id est, sans doctrinæ qui nuda timilitudinem demonstrando. Tandem (vt iam dictum est) mendacem pater diabolus regum atque reginarum, imperatorum atque imperaticum fauorem adeptus, in fanfarecepit linguis, unde principium roboratus gladiis, atque ita suam aquam quam velut serpens de ore suo insit tanquam draco, id est, maior factus fortius commouit, ut mulierem faceret trahit a flumine, id est, vecelebam com pelleret sibi consentire.

L. 11. 11. 4.

Quomodo adiunxit terra mulierem, & absorberit flumen.

CAPUT VIII.

Sed adiunxit terra mulierem, & aperuit terra os suū, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo. Hoc (ut dicitur) ita factum est. Tunc enim illud famosissimum in Nicæa conciliū feruor principis Constançii excitauit, publicis almissis acque mulia & curritibus equis episcopos & qui cum eis erant, ad synodus venire præcipiens. Consilium illud quod catholicam roborauit fidem, recte terram intelligas quae adiunxit mulierem, quia videlicet de omni terra conueniunt, & quodammodo omnis terra suū morauit locū, spissando de cunctis partibus suis personas idones in locum constitutum. De cunctis ecclesiis qua totam Europam, & ybi amque repleuerunt, & Asiam, simul erant ministeriorū Dei congregata cacumina, unaque orationis dominus tanquam à Deo delata intrinsecus fererat omnes in idem, Syria simul & Cilicos, Phoenices & Arabes acque Palestinos, Aegyptios & Thebeos, Libanos, nonne & qui ex Melopotamia oriuntur, Persa quoq; venit, nec Schythia defuit, Pontus & Asia, Phrygia & Pamphilia viros probassimos praebuerunt. Aderant Thraces & Macedones, & ut breueriter dicam, ex omni natione que sub celo est, collecti aderant viri religiosi, episcoporumque multitudine erat trecenti decē & octō, sequentibus eos presbyteris & diaconibus, & acolytis, quoru numerus non poterat comprehendendi. Quid ergo nisi terra (ut iam dictum est) os suum aperuit, & flumen draconis absorbit, quando cor viri de omni terra conuocati, sapientia, sermonē, aliisque virtutibus ornari, ore confuso in defensione veritatis aperito, impium dogma defrixerunt, concorditerque vniuersi fidei & gloriam, que haec tenus in ecclesia permanerat, disauerunt, & subscriptionibus roborauerunt.

Septimum caput draconis plaga gladii occisum in mortem.

CAPUT IX.

Igitur de sex capitibus draconis illud constat, quia iamdudū in cunctis suis vicius est, & Deus iulus in sermonibus suis, victorque in iudicis palmarum veritatis obtinuit, quia sic ut promisit, sicut iurauit, sicut David in æternum manet: sicut promisit, sicut iurauit, in semine Abraham benedicentur omnes gentes: & ille neque per paganos, neque per hereticos sive ludeos benedictionem omnium gentium prohibere potuit aut potest. Sed quis diabolus pertinaciā, quis ardenter eius inuidice iussit murari velianus? Et itatus est (inquit scriptura) draco in mulierem, & adiecit facere præsum cum reliquo de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent celi immonium Iesu. Et sterit super arenam maris, ait idem qui superiora viderat, Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem caput septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiz. Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & ose eius sicut leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam. Et vnum de capitibus suis quasi oculum in mortem, & plaga mortis eius sanata est. Bestia haec septem capitum, ipse draco est, cuius de sex capitibus contra verbum Dei bellando suparat, haec tenus sermo habitus est, septimum caput hic mira locutionis grauitate designatur, cum dicitur: Et vnum de capitibus suis quasi oculum in morte, & plaga mortis eius sanata est, & admirata est vniuersa terra post bestiam.

Quomodo

Quomodo plaga mortis eius sanata sit.

CAPVT X.

Caput illud sine dubio Antichristus erit, in quo excandescet illa draconis ira nouissima, de Amicibz.
qua dictum est. Et ratus est draco in mulierem, & adiecit facere prælum cum ei clique de suis quid.
semine eius. Quid porto est, quod caput illud quasi oculum in morte dicitur: & sanata est pla- Apac.12.
ga mortis eius? Itemque postmodum scriptura dicit, quia haber plagam gladii & vixit. Vbi Apac.13.
nam accepit plagam gladii, & quomodo sanata est plaga eius, aut vixit? Nimirum cum alia
possint conuenienter dici, deficiens tamen certis sacra scriptura testimoniis, magis illa
fensus placet, quia dudum in celo damnationis æterni sententiam accepit. Et haec est in capite
isto plaga gladii & mortis. Ille namque homo peccati, filius peccatorum, non simpliciter homo,
verum etiam diabolus erit, & aduentus eius operatio satana, operatio enim erroris. Diabolus,
inquam, siue satanas, qui aduetus & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod co-
litur, ita ut in templo Dei sedetur, ostendens se tanquam sit Deus. Quando ille propter super-
biam de celo cecidit, procul dubio plagam gladii, plagam mortis accepit. Sicut apud Ezechiel
elem dicitur in eum sub nomine Assur iude Pharaonis. Ecce deductus es cum lignis volupatis
ad terram ultimam, in medio incircumscriptorum dormies, cum his qui interficiunt sunt gladio. Quo
modo autem sanata est plaga mortis eius? Quomodo & plaga habet tanquam gladii & vixit. Fal-
so nimirum sanata est plaga eius, & iallò vixit. Plaga eius curatio, culpa est defensio, & in pla-
ga gladii viuere, hoc illi in ipsa poena superbire. Hoc quippe in isto dacto est admiratio & præ-
lumptuosa exercitio, quid cum peruersus sit & factus diabolus, extollitur & ostendit se tanquam
sit Deus. Cum enim diabolus vult se ostendere Deum, quid nisi mortuus contendit se esse viuus?
Exemplum miraculi huius fuisse licet de quolibet imitatore eius. Cum enim quis procula
sua iustitia iudicio de ecclesia pellitur, & tunc in superbiam vicius & defendens opera sua, iudicari
quoque criminatur, quod illi iniusti, ipse autem iustus. Nimirum plaga eius infelicitate sanata
est, & mendaciter viuit, quia Dei iudicio iniustus, suo autem iustus est.

*Caput illud est Antichristum, cui draco dederit vires suas, &
potestatem magnam.* CAPVT XI.

Verbis non sufficiunt ad rem consequendam, maximè vbl audimus, quia dedit illi draco
virtutem suam, & potestatem magnam. Quid enim hoc sibi vult? Quo tendit enim in
isto diabolus? Nisi per hoc altissimum simile se fore arbitratur. Altissimus namq[ue] antiquus dierum,
vbl (sicut apud Dani elem legimus) thronis politis sedet, & ecce in nubibus coeli quasi filius hor- Dan. 7.
minis veniebat, & vsque ad ipsum peruersus, & in conspectu eius obvolute cum, & dedit ei po-
testatem & honorem & regnum. Num peruersus imitator dando illi bestiae siue homini pecca-
ti virtutem suam & potestatem magnam, dicit, adhuc similes ero altissimo, id est, sicut fecit Deus
quod suum erat in Christo, faciam & ego quod meum est in Antichristo. Ecce quis animadu-
tens non admiresur, qualiter usque in finem siue consummationem de genere humano proce-
serit, hinc bonum propositum Dei, unde malum oppositum aduersantis diaboli. De una eadegy
malia vnu exurrexit, qui Deus & homo est, & alius qui diabolus & homo erit, venturus est. In
isto bonitas praedicatur Dei, in illo peruersus agnoscetur diabolus. Isto namq[ue] nihil melius, illo
nihil dierum. Ita enim Deus super omnia benedictus, ille diabolus infra omnia maledictus. In
isto sibi Deus complacuit, & in æternum complacebit: in illo sibi diabolus complacens, pos-
quam elevatus fuerit in sublimem, stultus apparebit. Ita de celo descendit, & de humilibus ascen-
dit sicut virgultum, & sicut radix de terra sicuti. Ille de celo cecidit, & de cunctis superbias li-
bis a scender tanquam bestia de mari.

*Quid sit illud Apostoli, & nunc quid detinet se, & reueletur suo
tempore. Et de sacramento mulierum bestia insidentis.*

CAPVT XII.

Non sua voluntate moratus diabolus aut venire tardat Antichristus, sed contra suu velle
deineretur, cu[m] sit in omne malum pronus ac festinus. Et nunc quid detinet se, ait Apo-
stolus: Quid est illud? Videlicet quia nondum venit tempus eius? Quia tempora non in illis.
us, siue cuiuslibet alterius, sed in sua solius potestate posuit Deus. Hoe oportet subintelligere. 2.Theessa.2.
Sequitur enim, Ut reueletur in suo tempore. Quod idem est, ac si dicat: quia supereta potestas
imparientem morte, iamq[ue] volentem reuelari detinet, ut non reueletur nisi in suo tempore. Na-
vit scias quim inuitus derelinetur, quam properè veller reuelari: iam (Inquit) mysterium operatur
iniquitatis, subauditur quantum potest, videlicet maximè per sauitiam Neconis, qui qualiter fu-
erit malignus, minus tamè in illo diabolus potuit, quam in isto poteris, in omni virtute & signis
& prodigiis medæcibus, & in omni seductione et injuriantur. Et quantum differtur, vel quod signum
temporis eius? Tantum, ait, ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Cum Apostolus haec
N illi scri-

Apostoli
filiu non
vna per-
sona.
Apo. 17.

scriberet Thessalonicensibus, quis tenebar, & quid tenebat? Nimirum Romanus rex sive Cx-
far orbis imperium tenebat, non dictum de vnius persona hominis, verbi gratia, Neronis, sed de
cunctis regibus Romani imperij, qui quamvis plures numero, vnius tamen sunt imperio. Hic se-
fus non solum ratione, verum etiam constat authoeritate. Nam post aliqua eidem Iohanni an-
gelus dicit: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestie, quae portat eam, quae
habet capita lepton & cornua decem. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier
sedet, & reges lepton sunt. Quinque ceciderunt, & vnuus est, & aliis nondum venir, & cum ve-
nerit, oportet cum breve tempus manere. Bestia namq[ue] caput caput, & hic vbi mulier, id est,
cupiditas fedet super bestiam, & illuc vbi bestia de mari ascendet, vniuersitas est impiorum.
Sicut iam superius sive haec tenus in draconem septem capitum longo tractatu est demonstratum:
Septem capita septem regna, per quae h[oc] bestia sive draco vim suam exigit contra promissionis
verbum. Cum igitur dicit septem capita, & septem reges sunt, quinque ceciderunt, vnuus est, &
alius nondum venit. Septem reges, cunctos, corundem regorum reges intelligi oportet, sive
pro ipsius septem regnis scriptum esse, septem sunt reges, quorum quinque ceciderunt, at scilicet
Aegyptius, Iraeliticus, Babylonicus, Persicus, Macedonicus. Et vnuus est, qui & sextus, videlicet
Romanus, & aliis nondum venit, ipse erit Antichristus.

Quare Apostolus tam obscurè dixerit: Tantum qui tenet, teneat,
donoce è medio fiat. CAPVT XIII.

I Taque & sapientibus fatus dictum, tanrum ut qui tener nunc, teneat, donec de medio fiat, &
insipientibus dara occasio non est, quam nasci potuerint, ita manifestius dixisset, Roma
quae nunc tener, sive Romanum imperium, quod nunc tener, sub se gentes teneat, donec de me-
dio fiat, sive donec discipuli fiat. Superbia namq[ue] hominum Romanum volebat esse vibram aet-
ernam, & aeternum Romanorum imperium, ac proinde nusquam ferre religiosus quis impatiens
audiret blasphemiam in Deum, quam Romani principes sive milites sine Romani imperio per
Christi praedicationem euangelium. Sacris nimirumq[ue] offendentes eos euangeli praedicatorum, etiam
nemini dantes villam offensionem, quanto magis si iam publicè dissolucionem illam futurâ pre-
dicarent. Hæc pro difficultate apostolica locutionis breuitate dicta sine porro quandiu quies-
ceret, nunc tenere debet, vel quam multos post annos de medio fieri, vel dulcedio venire debet,
maxime propter candem castam scriberi non debuit, fortassis nec ipsi euelatum fuit, quod
vel hoc fieri, vel quot post annos ille iniquus debet reuelari, sicut in Danieli, cui dicitur ad vi-
rū, qui induxit erat linea: Visque quo linis horum mirabilium est item: Domine mihi, quid erit
Daniel. 12.
post hæc & non sive responsum quod quarebar, sed hoc auditis: Vnde Daniel, quia clausi sunt,
Matt. 24.
significat sermones vicos ad tempus præfinitum. Ad discipulos quoque de temporibus quarentes,
loquitur salvator ipse: Non est velutrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua
potestate.

Quantam iram draco excitaturus sit per Antichristum, & quod do-
minus Iesus interfecurus sit ipsum spiritu oris sui.

CAPVT XIV.

I Ram draconis, quam exercet per illum hominem peccati, per illum filium perditionis, i-
rus in mulierem l'æpedictam, & adjicatis bellum facere cum reliquo de seruina eius, frustra la-
borat quis sufficientibus declamare verbis. Major enim res est sermone, immo & cogitatu homi-
Matt. 24. nis, praesertim cum ipse dominus ore proprio prædixerit. Erit enim inquiens, tunc tribulatio
magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fuit, & nisi breuiari sufficiens dies illi,
non fuisset talua omnis caro, sed propter electos breuiabitur dies illi. Proinde quoniam sermo quo-
Pietatis
verbis dei
Ibidem. que prolixior habitus iam ad finem tendit, & sollicitudo deesse non debet loquenti aut scribenti
ne forte nimietatem fatidum generet legenti sive audienti, venendum est ad id, in quo est con-
summatio denaraci certaminis, consummatio victoriae verbi Dei. Quid est illud & profecto de-
structio illius iniqui, & iudicataria sedes sive sellio filii hominis Iesu Christi, quemadmodum ipse
post prænunciationem illius magna tribulationis breuiter innuit: Et tunc, inquiens, videbunt
filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate, cum virtute nouila &
gloria. Qualis ergo erit destruacio illius iniqui? Dominus Iesus, inquit. Apostolus, interficeret eum
spiritu oris sui, quoque modo per prophetas fuerat prædictum: Et spiritu labiorum suorum inter-
ficeret impium. Et quidem multis interficietur dominus, sed de nulla persona nunc occur-
rit memorie sic esse dictum, quod interficeret spiritu oris sui. Inse spiritu labiorum suorum, pre-
ter illum impium, iniquum. Num ergo propter singularem illius magnitudinem, nimiamque
fortitudinem spiritus sanctus, qui est spiritus domini Iesu, mitendus erit contra eum, nec al-
ter ille iniquus poterit interfici, nisi per semetipsum trahat super eum spiritus domini. At iste spi-
ritus sanctus, spiritus domini Iesu, non ad mortificandum soleretur, non nisi ad viuiscantum
confundere

2. Tbe. 2.
Ez 4.11.

confuevit immitti. Nec enim in ipso mors est, cum Ipse potius vita sit. Aliter igitur intelligendum est hic de spiritu oris sive labiorum domini Iesu, & hoc fieri commodius, si siquid quocque propheticum in praesens addeatur vox dicentis: Clama: & dixi, quid clamabo? Omnis caro secum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiecatum est sconum, & flos cecidit, quia spiritus Dei Eze. 40. Insufflavit in eo. Omnis homo viuens: & quid, rogo, tibi est facilius quam sufflare: quid infirmius rogo, coram te, quam illud quod sufflare potes deinceps igitur per tuum exemplum animaduertere promptum est, quam verè fortis sic dominus Iesus, cuius nomen verbū Dei, verbū deus, & quam verè vniuersa vanitas erit etiam ille homo viuens, totus generis humani tyrannus maximus, tyrannus diabolicus, quia quam facile tibi est sufflando dissipare filium et larum aranez, tam facilē, Imo facilius erit & illum iniquū interficere, multis conjecturis, que hinc solēti fieri. Per hunc sensum arbitror quæcūmque posse liberari.

Interfectio Antichristi, consummata est dictoriam Verbi Dei.

CAPVT XVI

Infectio Antichristi, paucis, id est, quadraginta quinque diebus (vt ex Danielis visione cōlūctur) Infectio, veniet in maiestate sua dominus, & nouissima omnia iuncta defurietur mors. Quomodo defurietur? Ipse dominus (aī Apostolus) in iussu, & in voce archageli, & in tuba Dei descendet ex calo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviā Chr̄tianā, & in semper 1. Thess. 4. per cum domino erimus. Illa defuratio mortis, cōlūctatio erit victoria vici Dei, cōlūctatio prop̄positi Dei, cum hoc dicto verbi Dei triumphans: Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū à constitutione mundi. Quod dicit à constitutione mundi, hoc est, ad eo tempore vel die, quo constituebatur mundus in creatione generis humani, quando creatus duobus primis: Crecite, ait, & multiplicabimini, & replete terram. Cum enim duo tantū essent, dicendo illis, crescite & multiplicabimini, illam attendebat multiplicatio, quae stabat à dexteris, & tunc parabat illis regnum præfinitum habens numerum quādū debet percipere regnum Dei. Gene. 1. Nam qui super numerum illum multiplicati sunt, quique stabunt à sinistris, non pertinent ad benedictionē creatoris, neque fuissent nati, nisi intercessione causa peccati, quo peracto, multiplicabo, inquit ad mulierem, eternas tuas, & conceptus tuos. Erat igitur oportuna cōmemoratio constitutionis mundi, & benedictionis, qua omnes suos electos benedixit, dicendo: Crecite & multiplicabimini, magna & ineffabilē erit materia laudis, & angelorum, & hominibus sanctis Gene. 3. in eodem dīcto triumphatoris: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum vobis à constitutione mundi. Tunc verè in domino laudabunt omnia anima, & rūc audīcēt mansueti, lætabuntur, & lætantēs admirabuntur, quod illa benedictio prima inter tot maledictionēs spiran- nas, de quibus vel contra quas præsentis opusculo tractauimus, perire aut extinari non potuit, videntes nullum deesse ex omnibus electis Dei per curam atque prouidentiā eius, qui illos præscivit, atque prædestinavit, vocavit atque iustificavit, & magnificavit per gratiam eiusdem filii sui, per incarnationem, passionem, & resurrectionem eiusdem verbi lui, cuius imaginis consortes prædestinati sunt fieri.

Quid sit quod ad beatum Iob dicitur est: Ecce spes eius frustrabitur cum.

CAPVT XVI.

Tunc verum apparebit dictum illud ad beatum Iob de dracone illo tortus nominato: Ecce Iob. 40. spes eius frustrabitur cum, & videntibus cunctis precipitabitur, simulq; omnes impii praecipitabitur cum eo, dicente triumphatore & iudice his qui erunt à linis tristis eius: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quomodo illos precipitabit? Ni mirum quod de uno homine peccati filio perditionis Antichristo Apostolus dixit: Dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui, hoc & de diabolo & angelis eius, & de cunctis impiis hominibus, & si verbi syllabae cistē non dixit, vult nihilominus & oportet intelligi, quia præcipitabit eos spiritu oris sui, id est, tam facile, vt tu sufflando exiguum quid pulueris, aut lund 2. Thess. 2. in auram dispergis. Nam sicut iam supra dictum est, pro familiare omnipotens, qui non labet agēdo quid, & Apostolus dixit, quod illum iniquū dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & prophetæ dixerat, spiritu labiorū tuoru interficiet impiū. Quod si authoritas queritur de cunctis impiorū damnatione, quod præcipitandi sunt eadē facilitate. Ecce & aliud propheta dixit. Esa. 40. quod iam supra cōmemorauit est: Omnis caro secum, exciecatum est secum, & cecidit flos, qui spiritus Dei sufflavit in eo. Et in Iob scriptū est: Quin potius vidi eos qui operantur iniquitate, & se minar dolores, & metunt eos, flante deo perille, & spiritu ira eius esse consumptos. Job 4.

Quid sit spiritu oris domini aliquid fieri. CAP. XVII.

Eadem quidem facilitate omnia bona quoque fecit, & facit omnipotens verbum, & ipsam faciet resurrectionem mortuorum, sed in huiusmodi dictiōne flandi vel exsufflandi

Nisi sanctus

Ex. 15. **P/4.147.** **S**anctus scriptura spiritus proferre non consuevit. Contra superbiam solet taliter edicere, ut illic: Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare. Quid si quis obsticat, & illud scriptum esse: Flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Cito respondetur, non esse hoc dictum de spiritu ira, sed de spiritu gracie. Et qualis facile sit Deo peccatoris cor compungere, non tam propter facilitatem eiusmodi dictum esse: Flauit spiritus eius, quam propter minuandam diuinæ ignis ducedinem, quod cum frigidum cor aspiratur tigere, ita temperat & emollit, sicut glaciem calidus auster soluit. Præmisserat enim: ante faciem frigoris eius quis sustinebitur. Statimq; subiunxit: Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flauit spiritus eius, & fluent aquæ.

Quam facile omnia possit verbum Dei, exemplu probat.

CAPVT XVIII.

Verbo dei omnia facit. **Q**uid, tanquam de facilitate quicquid dubitet, plura loquimur: iudicandus sufficientia dedit argumenta, quam facile facturus sit quæ dicta sunt, veniens iudex in maiestate sua. Primum de facilitate resurrectionis mortuorum, hoc argumentum est: Lazarus in sepulchro quattuor annos erat, & vnam tantum vocem emulit: Lazarus (inquit) veni foras, & statim prodidi qui fuerat mortuus. Quando vel qui habitu prodiit? Ligatus pedes & manus infelix, & facies eius sudarior ligata era. Oportune Euangelista hoc prædictis, & ad hanc intentionem nostram nonnihil facit, quia videlicet cœsequitur in illius vocantis voce vim facillimam extitisse, quæ illi pariter & vjulicauit, & de monumeto expulit, quia cu' esset ligatus pedes & manus infelix, neque pedibus neque manibus prorepere potuit. Quod si de remissione quoque peccatorum, quæ prima resurrectio est, queritur experimentum, quam facilis facta sit idem verbo, filio Dei, Filio hominis Iesu Christo tamen praesenti, quam in futuro seculo. Ecce appetat in forore eiusdem Lazarus Maria Magdalene, quam itidem adhuc mortalium, adhuc iudicandarum mortuorum in anima, iamque sortentem infamia, de sepulchro malæ conscientie produxit: nullam saltem vocem emittens, quali Lazarum de monumento vocauit, immo & corpore absens illi. Nisi enim de sepulchro quæ fuerat mortua produisset, ante presentiam eis illo modo non veniret. Et de illa vbi dixit ei: Fides tua te salvus fecit, vade in pace. Continuò dixit euangelista, quod dæmonia septem exilient de ea. Quomodo ergo pro facilitate operandis salutis, & agendis iudicij mentionem fecimus, cum suffragio sancte scripturae de verbo exufflationis, nonne & hoc recte dixerimus, quia septem illa dæmonia exuflauit, id est quam facillime de illa, ecclie, cum adhuc esset iudicandus homo passibilis & mortalvis. Propter eandem facilitatem delendi peccatorius ecclesiæ, cuius illa typum gesuit arbitrarilicer, quia resurgens ex mortuis, & stans in medio discipulorum insufflauit, dicens consimil: Accipite spiritum sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis. Neque enim non sine insufflatione spiritum sanctum dare potest, sed opus erat omni potenteri fidei, verbum Dei studiose illo quoque modo significabat, semper & vbiq; incendens adimplente, & verum comprobare quicquid in scripturis sanctis de ipso prædictum fuerat. Nonne & hoc in persona eius apud Esaiam prædictum sicut: Seruus meus es tu Israel, ne obliuiscaris mei, deleui ut nubes iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Quomodo enim nubes aut nebula deleuit, nisi facilius trascurrente serenioris auro flattu? Nonne igitur oculo insufflauit dando spiritum sanctum discipulis in potestatem remitti peccata, nec inaniter discipuli vel ministri eius baptizando insufflant, sicut habet consuetudo ecclesiastica, sed operosum præbent illi ministerium, quatenus per hunc illorum actum quod prædictis, nunc quoque vnicuique renascenti dicat: Deleui ut nubem iniquitates tuas, & nebulam peccata tua.

Quanta facilitate sinistro cum diabolo & angelu eius præcipitaturus sit.

CAPVT XIX.

Porro, de præcipitatione qua sinistro, id est, impio præcipitabit, cum diabolo & angelis eius, de quo (vt iam dictum est) art dominus ad bearum lob: Et videntibus cunctis præcipitabitur, quod factu tam facilis erit, ut significat verbum insufflationis. Item, illud provero argumentum est, quod adhuc passibili & mortalibus, continuoque passiurus & moriurus, cohortem præsidis armatarum, pontificumque & Phariseorum ministros solo intuito deiecit. Ut enim dixit ei: Ego sum, a bierunt terrorum, & ceciderunt in terram. Sed forte dicat quis, quia pauci erant. In resurrectione autem mortuorum, quando iudicabit seculum, infiniti multitudines erunt. Nisi ergo tam facilè cunctos tunc præcipitabit, q; facile paucos illos deiecit: Huiusmodi suggestio si quem tagit, recte arguitur nimis vanitatis. Est autem utrum ratione simile, si dominus salte manu intecta, cohortem illam deiecerit, vel tale quid faciendo, quale fuit illud, quod unus homo Sampson in mandibula alii percussit ac deiecit mille viros armatos ac fortes. Nunc autem ubi deiecit eos, ratiōmodo dicendo: Ego sum, ratio consentit, totū mundum tamen valere contra

contra illum, quantum cohortem illam, sive hominem unum. Quod si de diabolo quoque & angelis eius queritur, quale dederit experimentum adhuc mortalis & iudicandus, quod eis eadem qua & homines facilitate sit in infernum precipitaturus. Ecce illa legio pro argumento sat is est, que unum possidens hominem, rogarab eundem dominum ne ab ipso torqueretur, ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Eadem nimurum facilitate super cunctas legiones dæmonum, super diabolum & super angelos eius peraget iudicium, nec latenter rogare vacabit eis, ne mittantur in abyssum, sive in infernum, quia constrictos velociter precipitabit eos omnipotens verbum.

Quid sit quod dicitur est apud Esaram: Et erit lux luna, sicut lux solis, & lux solis septempliciter, sicut lux septem dierum.

CAPUT XX.

Quid post haec erit, nisi sempiterna festinatio triumphi, & nunguam habitura finem legit. *Festinatio tripli verbi Dei, & sanctis in operibus suis: Qualis autem erit lux etiam sicut festinatio illius triumphi?* tripli verbi Dei semper qualis circa illum procerum eius, militem eius emeritorum confessus erit? quali splendore paterne. tota triumphalis eius curta splendebit & quia nobis habet illum nunc saltat ad modicū annunciatio- nes, nisi seipsum reuelans per prophetas verbum domini. Ecce quiddam de reuelationibus eius propheticis ad presentem occurrit, consonans cunctis praecognitis illius aeternae beatitudinis, beatae aeternitatis, quae succedit illi iudicio magno & terribili, perpetua semper mansura regi illo Deo & homini, cunctisq; angelis & hominibus per ipsum confociatis apud Etsam præmissio: Quia Deus iudicet dominus, beati omnes qui expectant eum, post pauca sic dictum est: *Eze. 36: Et erit lux luna, sicut lux solis, & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum,* id die qua al ligabit dominus vulnus populi sui, & percussuram plagie eius sanauerit. Quid, rogo, est vulnus populi domini, & quid percussura vel plaga eius, nisi vulnus mortis animi, id est, peccati, & per cultura vel plaga corporis mortis, quia de corpore anima recedit, & illius mortis vulnus? Et huius mortis plagam sive percussuram, tuni dominus ad perfectum sanabit, quando dicit: *Ver-* nice benedicti patrie mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Tunc erit lux *Matt. 13: luna sicut lux solis:* Luna ecclesia, id ipsa Christus est. Nunc in praesenti seculo, non est lux lu- *t. Iohann. 3: na sicut lux solis, id est, non est claritas ecclesiæ sicut claritas Christi, quia videlicet sol Christus,* Christus sol semper & insufficiens suo lumine fulger. Luna autem ecclesia non proprium, sed à sole Christo *Ecclesia lu-* lumen habens muracum, nunc incrementis gaudet, nunc defectum sustinet: tunc autem semper fulgebit, quia Christum in manifesta vilione semper habebit, hoc erit esse lucem lunæ sicut est *Iohann. 3: lux solis.* Scimus enim (inquit Iohannes) quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam vi- *Ezai. 30: debimus eum sicuti ei: Quanta autem erit lux solis? Nam ne parua videatur esse promissio lu-* x, *Et erit lux solis septempliciter sicut lux septem dierum?* Qualis vel quanta est lux septem dierum? Omnia (inquit Evangelista) per ipsum facta sunt: omnia (inquam) bona valde, quae septimo die completa sunt. Tanta tunc erit lux solis, quia tunc manifestè pacibit quale sit verbum, per quod Deus omnia sex diebus fecit, & in septimo die requieuit.

Finiunt hic tredecim libri de victoria verbi Dei, per reuerendum patrem, dominum Rupertum Abbatem Tuitiensem

(qui sub Henrico quinto, Anno Domini,

M. C. X X X X . floruit)

compositi.

FINE.





